JOANNIS HENRICI HEESERI,

Conſiliarii quondam Naſſovici-Dillenburgici,

TRACTATIO JURIDICA THEORICO-PRACTICA

DE

ACTIS JUDICIALIBUS,

CUM PROTOCOLLO,

EORUMQUE EDITIONE, AD COLLEGIUM JURISCONSULTORUM TRANSMISSIONE, ET EX IISDEM FACIENDA RELATIONE.

Ex

Authoribus præcipuis in uſum Fori collecta.

CUM SUMMARIIS AC INDICE RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMO.

EDITIO NOVA

Priori auctior & emendatior.

WETZLARIÆ,

Typis & Impenſis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI.

ANNO MDCCXXIX.

Quod tandem eſt os illius Patroni, qui ad cauſas ſine ulla Juris Scientia audet accedere. Cicero *lib. 2. de Orator.*

Quod appellamus Praxin, non eſt nuda & circumforanea Praxis, cujusmodi eſt Rabularum Forenſium, ſed Juris Scientiam applicare Negotiis. Joan. Faber *ad §. Sed non uſque. 3. Inſtitution. de Legatis.*

Ad Bibl. Acad. Land.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Cauſa, Benevole Lector, quæ me ad evulgandas haſce de Actis Judicialibus lucubrationes impulit, eſt, quod Jus Actorum noſſe atque ſcire in Foro verſantibus perquam neceſſarium ſit; Nullus Juriſconſultorum verò, (quod ego noverim) de eo hactenus ex profeſſo ſcripſerit, peculiaremque Tractatum ediderit. De hac Materia igitur ab aliis incidenter, diſperſim hinc inde & fruſtatim tradita, apes longius evagantes imitatus, collegi, & in ordinem aliquem, ſive Methodum per Cauſarum Genera redegi, Allegatis plerumque, ne alienos labores mihi inverecundè vendicem, & impudenter adſcribam, ſincera fide Auctoribus, unde illa deſumpſerim. Henningus Rennemannus quidem commentatus eſt *de Jure Tranſmiſſionis Actorum Judicialium ad Collegium Jurisprudentium, pro impetrando ſuper his in vim Sententiæ reſponſo:* Reliquit & Ludovicus Diether. *Diſſertationem de Relatione ex Actis facienda,* atque Franciſcus Stypmannus *Tractatum de Referenda-*

rendariis, eorumque Officio in legendis Actis; ut hæc iterum pertractare cupiens actum agere videatur: attamen quia in illis adhuc multa deſiderantur, & aliis quoque licitum Iliada poſt Homerum ſcribere, non incongruum viſum eſt, hæc Juri Actorum Judicialium propter nexum, quem inter ſeſe habent, compendioſe adjungere, ſuperadditis multis, quæ de his in Auctoribus ſparſim ſcripta inveniuntur. Vale, Benevole Lector, & conatui meo, mihique non ignaro iſtius Proverbii: *Qui ſcribit & qui ædificat, multos ſibi ſumit Judices;* Fave! Scrib. Anno Chriſti MDCLXXXVIII.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.	De Actis Judicialibus.	Pag. 1.
II.	De Protocollo.	55.
III.	De Editione Actorum & Protocolli.	63.
IV.	De Actorum Tranſmiſſione.	85.
V.	De Relatione ex Actis facienda.	124.

CAPUT PRIMUM.
De Actis Judicialibus.

SUMMARIA.

1. *Vox* Acta *unde derivetur.*
2. *Actorum ſignificatio generalis.*
3. *Specialior.*
4. *Actorum nomen accipitur pro rerum actarum congerie in Tabulas redactâ, vel pro Commentariis, in quibus perſcripta ſunt, quæ aguntur.*
5. *Quomodo vocentur Gallicè & Germanicè.*
6. *Actorum diviſio.*
7. *Acta quæ propriè dicantur.*
8. *Actorum ſignificatio in quantum uſu hodierno extendatur.*
9. *Acta privata quæ ſint.*
10. *Manualia Partium acta quò referantur.*
11. *Acta coram Judicibus in privatis negotiis, Acta ad Jus Privatorum pertinentia dicuntur.*
12. *Acta Publica quomodo Gallicè nominentur.*
13. *Actorum Publicorum ſignificatio ſtricta.*
14. *Quorſum referenda, quæ hodie in Comitiis Imperii Romani tractantur.*
15. *Actorum Publicorum latior ſignificatio.*
16. *Accipiuntur pro ſcripturis illarum rerum, quæ apud Judicem peraguntur.*
17. *Acta quid olim fuerint.*
18. *Denotant omne, quod factum eſt in Judicio, in præſentia Judicis, & manu Tabellionis ad hoc conſtituti conſcriptum, ſive ad cauſam publicam, ſive privatam pertineat.*
19. *Acta vocantur omnia, in quibus Decretum Judicis interponitur.*
20. *Acta hic ſunt ſcripta, in quæ res in Judicio geſtæ memoriæ cauſa rediguntur, cum adjecto Loco, Menſe, Die & Anno.*
21. *Quare hæc Acta Publica dicantur.*
22. *Acta pertinent vel ad voluntariam, vel ad contentioſam Juriſdictionem.*
23. *Illa quæ ſint.*

24. Quomodo dicatur donationes interveniente Actorum teſtificatione confici.
25. Actis inſinuari.
26. In Acta referri.
27. Donationem non excedentem legitimum modum Actis non indigere, & contra.
28. Securum eſſe, qui Actis cujuscunque Judicii, vel Municipum mentis ſuæ poſtremum publicavit Judicium.
29. Servum, quem Dominus Actis intervenientibus Filium ſuum nominavit, liberum eſſe.
30. Quomodo hæc Acta aliàs vocentur.
31. Acta Judicii ſeu Municipum ubi eſſe cenſeantur.
32. Apud Acta fieri dicuntur quæ geruntur coram Judice, etiam extra locum Judicii, in iis, quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis.
33. Teſtamentum domi ab ægroto coram Judice, & Judicii Actuario ad ægroti petitionem comparentibus conditum, valet.
34. Teſtamenti factio eſt Actus voluntariæ Juriſdictionis.
35. Actus voluntariæ Juriſdictionis ubique locorum expediri à Judice poteſt.
36. An Aſſeſſorum præſentia requiratur ad validitatem Teſtamenti Judicialis.
37. Magiſtratus vocatus cum Actuario tenetur adire ædes privati Teſtamentum condere volentis.
38. Jure Saxonico Teſtamentum factum ab ægroto, vel alio extra Judicii locum coram Judice, & uno vel alio Scabino, vel etiam duobus Scabinis ſpecialiter auctoritate Judiciali ad hunc Actum ablegatis ſubſiſtit.
39. Non ſufficit, ſi Teſtator ipſemet, vel alius ejus nomine privatim quosdam è Senatu, vel Judicio ad id tanquam Teſtes requirat, vel illi fortuitò advenerint.
40. Neceſſe eſt, ut ipſe Judex, vel Senatus à Teſtatore, vel alio ejus nomine rogatus certis perſonis, quæ ſunt in officio, injungat, ut nomine Judicii, vel Senatus, Teſtamenti factioni interſint.
41. Non requiritur ſolennis Judicis Ordinatio.
42. Non eſt opus, ut Judex in loco Judicii Scabinos ablegat, ſed in ſuo domo quoque iis hoc negotium committere poteſt.
43. Jure Provinciali Naſſovico quid ad Teſtamentum Judiciale requiratur.
44. Non valet Teſtamentum, aut donatio mortis cauſa extra Judicii locum coram ſolo Judice facta, ſi non unà cum illo ad minimum unus vel alter Scabinus, vel Actuarius præſens fuerit.
45. Coram ſolo Judice remotis ejus Aſſeſſoribus & Scabinis extra locum Judicii facta eſſe non cenſentur.
46. Coram unico Scabino & Notario Judicii Teſtamentum extra Judicium validè non conficitur.
47. Contrarium traditur.

48. Non ſufficit, ſi ſolus Notarius, vel Actuarius Judicii ablegetur, eique Teſtator Teſtamentum inſinuet.
49. Teſtamentum vel donatio mortis cauſa apud Acta in loco Judicii coram ſolo Judice non præſentibus aliis Scabinis, vel Actuario facta, vel inſinuata, valida eſt.
50. Teſtamentum, aut donationem mortis cauſa apud Acta fieri ſufficit.
51. Acta à ſolo etiam Judice pro Tribunali ſedente haud præſentibus aliis Senatoribus & Aſſeſſoribus repræſentantur.
52. Pluralitas Judicum aut Scabinorum fidem Teſtamentis non tribuit.
53. Sola Judicialis Auctoritas Teſtamentis robur tribuit.
54. Actuarii omiſſio Teſtamentum Judiciale non vitiat.
55. Teſtamentum apud incompetentem quoque Judicem confici, Actisque inſinuari poteſt.
56. Non refert an Juriſdictionem inferiorem, an verò ſuperiorem habeat.
57. Iis in Oppidis, ubi Magiſtratui non competit Juriſdictio, ſed ea penes Superiorem eſt, coram iſto nemo validè teſtatur.
58. Non valet Teſtamentum coram Sculteto & Scabinis Paganis factum.
59. Niſi his Juriſdictio ſpecialiter fuerit conceſſa.
60. Vel ab habente Juriſdictionem fuerint ablegati.
61. In his ad cujusque loci Statuta & Conſuetudines reſpiciendum.
62. Coram ſolo Sculteto Pagano validè Teſtamentum confici nequit.
63. Judex etiam coram ſe ipſo & propriis Actis inſinuare poteſt Actuario & Scabinis præſentibus.
64. An Teſtamentum per Procuratorem, vel per Epiſtolam inſinuari queat?
65. An & quomodo per Advocatum vel Notarium?
66. Num eo in caſu ubi Teſtamentum Actis inſinuatur, prælectio ſcripturæ neceſſaria eſt.
67. Si Teſtator Teſtamentum ab Actis rurſus auferat, & domi recondat, an adhuc Judiciale erit?
68. Apud Acta teſtari quoque quis dicitur, dum coram Judicio ultimam voluntatem Judici, vel palam exponit, vel etiam ſcripto comprehenſam offert, & ad Acta referri petit.
69. Multum intereſt Donationem vel Teſtamentum apud Acta fieri, vel aliàs factum inſinuari.
70. Formula Teſtamenti coram Actis faciendi remiſſivè.
71. Modus Teſtamenti facti Actis inſinuandi & offerendi remiſſivè.
72. Inſcriptio in Librum publicum non mutat naturam, aut conditionem Actus, nec ei quicquam ſuperaddit præter id, quod ejus eſt ex Jure.
73. Donatio mortis cauſa Libro publico inſcripta revocabilis manet.
74. Donatio mortis cauſa eſt ſpecies ultimæ voluntatis.

75. *Malè revocationi opponitur inſcriptio, quæ Actum relinquit in ſuo ſtatu, & tantummodo fidem ei conciliat.*
76. *Valet Actus ex Actis uti Actis inſeritur.*
77. *Falſa ex Actis nec fidem nec robur accipiunt.*
78. *Fides Actorum non convalidat Actum in ſe nullum.*
79. *Inepta & futilis eſt exceptio, quòd Conventio coram Judice inita non ſit in Scripturam redacta & ſubſcripta.*
80. *Acta rem liquidam & notoriam faciunt.*
81. *Scriptura Perſonæ publicæ in Actis repertæ plenam vim & fidem habet.*
82. *Ad Juriſdictionem contentioſam ſpectant Proceſſus Juris.*
83. *Acta quoad Juriſdictionem contentioſam propriè accipiuntur pro iis, quæ apud Judicem ſuper re controverſa in Judicio fiunt.*
84. *Quomodo aliàs vocentur?*
85. *Acta Juriſdictionem contentioſam concernentia deſcribuntur à Maranta, Durfeld. & Biccio.*
86. *Illæ deſcriptiones rejiciuntur.*
87. *Melior definitio traditur.*
88. *Quænam ad Acta Judicialia contentioſæ Juriſdictionis requirantur.*
89. *Sunt Civilia & Criminalia.*
90. *Alia ſunt Judicii vel Proceſſus, alia Cauſæ, ſeu Litis.*
91. *Acta Judicii vel Proceſſus quæ ſint.*
92. *Quomodo* κατ᾽ ἐξοχὴν *vocentur.*
93. *Acta Cauſæ vel Litis quæ.*
94. *Quomodo vocentur ab Oldendorpio.*
95. *Deſcribuntur in genere.*
96. *Libelli Oblatio, Litis conteſtatio, Juramentum Calumniæ & Satisdatio ad Acta Judicii pertinent.*
97. *Acta Judicii deſcriptionem Ordinis, ſeu Proceſſus habent.*
98. *In Judicio certus procedendi Ordo obſervari debet.*
99. *Cui Juri hic Ordo adſcribatur.*
100. *Procuratoribus injungi poteſt, ut rubricent Producta.*
101. *Citatio eſt principium, baſis & fundamentum Judicii.*
102. *Citationem ad Acta non referri, aſſeritur.*
103. *Ante Litis conteſtationem peracta, ſaltem præparatoria, non acta dicuntur,*
104. *An prima Citatio & Oblatio Libelli ſint de Actis?*
105. *Citatio prima eſt initium Judicii latiſſimè pro toto tractu & mora litis accepti.*
106. *Initium Judicii ſtrictius accepti eſt Litis conteſtatio.*
107. *Olim Judicium incipiebat à Litis conteſtatione.*
108. *Hoc tempore Acta incipiunt à Supplicatione pro Proceſſibus ad quam Judex Citationem emittit.*

109. *Acta incipiunt cum Judicio cœpto.*
110. *Actuarius Judicii Judicis Mandatum, Inſinuationem Citationis & Relationem Nuncii conſignare debet.*
111. *Si de Relatione Nuncii non conſtet, & Citatus emaneat, non poteſt contra eum in contumaciam procedi.*
112. *Tollitur & circumducitur Citatio, ſi defectus aliquis ſit in forma, vel ex Perſona Judicis, vel propter non legitimè factam Citationem ejusque Inſinuationem.*
113. *Citatio invalida efficitur valida per comparitionem.*
114. *Citatio nulla fit per comparitionem legitima.*
115. *Sententiam definitivam venire nomine Actorum, aſſirmatur.*
116. *Diſtinguitur.*
117. *Acta Cauſæ ſeu Litis quomodo vocentur ab Oldendorpio.*
118. *Acta Cauſæ ſeu Litis ſunt Atteſtationes, Confeſſiones, Scripturæ, ſeu Inſtrumenta; Allegationes Juris & aliæ Probationes.*
119. *Inſtrumentum productum non eſſe de Actis, etiam facta Regiſtratione.*
120. *Inſtrumenta ſemel producta eſſe effecta communia & de Actis.*
121. *Inſtrumentum ſpeciale ad cauſam pendentem in Judicio exhibitum Parti non debet reſtitui.*
122. *Originalia debent penes Judicem remanere.*
123. *Generale Inſtrumentum etiam ad alias cauſas pertinens, in Originali reſtitui, & Copia apud Judicem remanere debet.*
124. *Copia per quem Exemplari debeat? Item, quid ſit Exemplari?*
125. *Per Allegationes in Actis Cauſæ vel Litis quid intelligatur?*
126. *Merita Cauſæ deducere quid ſit?*
127. *Allegationem Cauſæ facere incipit plerumque Actor.*
128. *Aliquando Reus.*
129. *Quid ſit Probation-*Schrifft.
130. *Exception-* oder *Eliſiv-*Schrifft.
131. *Deductio Juris & Facti, item in Jure & Facto fundi*rte oder gegründete *Deduction-*Schrifft.
132. Gegen-*Deduction-Refutation-* oder Widerlegungs-Schrifft.
133. *Neceſſarium eſt Factum benè deducere.*
134. *An Jura allegare liceat?*
135. *Illud omninò interdicendum non eſt.*
136. *Advocati non debent eſſe copioſi in allegando.*
137. *Accumulatio Allegationum nauſeam facit Judici Acta perlegenti, Proceſſum protrahit, & ſtultitiam Advocati prodit.*
138. *Informare Judicem in Jure, æque ridiculum eſt, ac ſi ægrotus Medico curam præſcribere vellet.*

139. *Curiæ Pariſienſis ad Advocatos dicterium.*
140. *Permiſſum eſt, unam, vel alteram Legem aut Auctorem in terminis allegare.*
141. *Ad marginem.*
142. *Marginalis allegatio non ſemper obſervatur.*
143. *Vulgares Juris Regulas, ſeu Brocardica ſive Canones Logicos allegare ſuperfluum eſt.*
144. *Advocatus non debet Leges correctas allegare pro deciſione Cauſarum, aut falſas Cauſas pro Allegationibus adducere.*
145. *Quando & quomodo Submiſſio, vel Concluſio in Cauſa facienda?*
146. *Actorum Diviſio trimembris.*
147. *Nomen* Acta *Jure Camerali ſumitur vel latè, vel ſtrictè.*
148. *Acta latè quid ſint Jure Camerali?*
149. *Quomodo Germanicè vocentur.*
150. *Acta ſtrictè dicta quid ſint?*
151. *Acta latè dicta dividuntur in Protocollum & Acta ſtrictè dicta.*
152. *Acta ſtrictè dicta ſubdiſtinguuntur in Scripta & Adjuncta.*
153. *Scripta dicuntur aliàs Producta, Producten,* Schrifften / Handlungen / Schrifftliche Handlungen.
154. *Producta quid ſint?*
155. *De Libello remiſſivè.*
156. *De Exceptionibus.*
157. *Dilatoriis.*
158. *Peremptoriis.*
159. *De Replicis.*
160. *In quibus Punctis Replicæ Jure Camerali non admittantur.*
161. *De Duplicis.*
162. *Quibus in punctis in Camera non duplicetur.*
163. *Productis pro diverſitate Factorum diverſæ ac variæ Rubricæ ab Advocatis affingi ſolent.*
164. *In Camera Scripta poſt Exceptiones exhibenda ſub nulla alia Titulatura, quàm Replicarum aut Duplicarum.*
165. *De numero Scriptorum juxta Ordinationem Cameræ exhibendorum.*
166. *Hodie in Camera ultra Duplicas ſine ſpeciali permiſſu Judicis progredi non licet.*
167. *Adjuncta,* die Beylagen / *quid ſint?*
168. *Ad Actorum confectionem & validitatem quæ requirantur?*
169. *Acta Judicialia fient apud Judicem & Magiſtratum.*
170. *Etiam Municipalem.*
171. *Judicis eſt curare, ut Acta diligenter conſignentur.*

172. *Con-*

172. *Conſignatio Actorum fieri debet per Perſonam publicam à Judice adhibitam, ſcilicet Notarium.*
173. *Vel Actuarium.*
174. *Vel per alios duos Viros idoneos auctoritate Judicis electos.*
175. *An hi poſſint alii extraneo hoc committere?*
176. *Hodiè in Judiciis ſpecialiter conſtituuntur & adhibentur certi Actuarii.*
177. *Quomodo hi aliàs vocentur?*
178. *Ut Actuarius ſit Notarius Publicus requiri, quidam ſtatuunt.*
179. *Contrarium aſſeritur.*
180. *Actuarius Judicio peculiari Juramento obſtrictus eſſe debet.*
181. *Qualibus Perſonis provideri debeat Officio Actuarii.*
182. *Actuarius quid ſit?*
183. *Neceſſitas hujus officii in Judicio.*
184. *In quonam conſiſtat Officium Actuarii.*
185. *Scriba Acta conficiens explicare debet, à quibus, coram quo, quo tempore, & quo in loco conſcripta ſint.*
186. *Per inſpectionem Librorum perfectorum probari poteſt negativa.*
187. *Actuarius debet omnia annotare, fideliter regiſtrare, & ad Acta redigere, non ſolùm quid actum, ſed & quid non ſit geſtum.*
188. *Quomodo Negativa probetur? remiſſivè.*
189. *Quod in Actis ſcriptum non invenitur, nec actum præſumitur.*
190. *Non plus Actis probatur, quàm in iis expreſſum eſt.*
191. *Juramentum Teſtium exactum eſſe non creditur, niſi de illo in Depoſitione conſtet.*
192. *Actis inſerendæ quoque ſunt Procurationes, Delegationes, Subdelegationes, & ſimilia Inſtrumenta.*
193. *An Retorſionis Scriptum ad Acta recipiendum ſit?*
194. *Retorſio Jure ſcripto non probatur, ſed Conſuetudine tantùm toleratur.*
195. *Actuarius in Criminalibus Reſponſionem & Confeſſionem Inquiſiti diligenter conſignare & Actis Judicialibus apponere debet.*
196. *Qualiter Conſignatio Actorum in Criminalibus fieri debeat.*
197. *Actuarius nihil aliena ſed omnia propriâ manu in Actis conſignare debet.*
198. *Quando integra Inſtrumenta Contractus, vel Teſtamenta Actis inſerenda ſunt, tunc Actuarius ea per Amanuenſem vel alium Scribam facere poteſt, dummodò ipſe initium faciat & ſubſcribat.*
199. *Actuarius, qui cœpit Acta Cauſæ ſcribere regulariter mutari non debet.*
200. *Quando mutari poſſit.*
201. *Per quam mutatio illa vel Subſtitutio fieri debeat?*
202. *Quæ ad officium Actuarii ſpectant per Aſſeſſorem, vel alium Miniſtrum Judicii expediri nequeunt, niſi ſpecialiter ad hoc ſit deputatus.*

203. *Neque*

203. *Neque Judex, neque Arbiter poteſt ſcribere Acta coram ſe geſta.*
204. *Etiamſi Judex ſit publicus Notarius.*
205. *In Cauſis brevioribus & modicis Judex Acta ſcribere poteſt, modò ſit Notarius.*
206. *Cauſæ viles & breviores quæ?*
207. *Judicis arbitrio id relinquitur.*
208. *Judex poteſt Acta coram ſe geſta ſcribere, ubi Conſuetudo vel Statutum hoc concedit, vel quando non fiunt in figura Judicii, vel ſunt voluntariæ Juriſdictionis.*
209. *Actuarius non poteſt Scripta Judicii, ſive Acta ſine Conſenſu Judicis publicare.*
210. *Nec Partibus Actorum Copiam dare niſi mandato Judicis.*
211. *Actuarius, ſi quid alteri Parti oſtendit ante publicationem in cauſa, tenetur de falſo.*
212. *Actuarius non poteſt Teſtes ſine Judice recipere.*
213. *Actuarius poteſt ſine permiſſu Judicis Scripturam facere de geſtis in Judicio.*
214. *Item abſente Judice recipere Acta per Libellos, Exceptiones, Replicas, Duplicas.*
215. *An Inſtrumenta, Confeſſiones, Juramenta, & Teſtes Judice non præſente recipi à Tabellione poſſint?*
216. *In Actuario requiritur peritia Juris.*
217. *Actuarius tenetur Parti ad intereſſe, ſi imperitè quid fecerit.*
218. *Vel ſi aliud, vel minus ſcribat, quàm dictum fuit à Partibus.*
219. *Vel ſcribat quod non debet.*
220. *Vel aliquid occultet, aut debita Capitula omittat.*
221. *Actuarius poteſt Errorem in Regiſtratura, vel Protocollo corrigere, vel addere, & omiſſum ſupplere, etiam poſt publicationem, ſi Parti nondum data ſit Copia.*
222. *Actuarius poteſt recuſari in Examine Teſtium propter ſuſpicionem ſicuti & Judex.*
223. *Si Actuarius injuſtè recuſetur, habet Actionem Injuriarum.*
224. *Materia Actorum Judicialium quæ.*
225. *Actis an inſerendæ ſint Procurationes, Delegationes, Subdelegationes, ac ſimilia Inſtrumenta, & inſerta an probent ſine Originalium productione? remiſſivè.*
226. *Acta debent fieri in Judicio.*
227. *In Jure ſeu loco in quo Jus dicitur.*
228. *Coram Tribunali.*
229. *Apud Acta.*
230. *In illis, quæ ſunt Juriſdictionis contentioſæ, & cauſæ cognitionem requirunt, locus publicus & ſolemnis ſervandus eſt.*
231. *Apud Acta fieri, quæ intelligantur.*
232. *Quod dici ſolet, Acta eſſe, ubicunque eſt Judex, & apud Acta geri, quod fit apud eum etiam extra locum Judicii, pertinet tantum ad ea, quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis.*
233. *Quare hæc Acta dicantur publica?*

234. *Quicquid in Judicio ſuper cauſis controverſis præſente Judice & Tabellione fit, id dicitur eſſe de Actis.*
235. *Semel Actis addita fiunt pars Actorum.*
236. *Acta ſunt utrique Parti communia.*
237. *Inſtrumenta ſemel producta efficiuntur communia, adeò, ut Adverſario quandocunque petenti eorundem exhibitio denegari non poſſit.*
238. *Nihil ex Actis, niſi utraque Parte conſentiente mutari aut imminui poteſt.*
239. *Reſponſa Juris, ſeu Conſilia Prudentum etiam poſt concluſionem in cauſa factam producere licet.*
240. *Reſponſa ſeu Conſilia non habentur pro parte Actorum.*
241. *Non debent neceſſariò communicari, aut Copia eorum Parti dari.*
242. *Neque in referendo, neque in votando modum deciſionis cauſæ determinare, nec quoad factum ullo modo attendi.*
243. *Conſilia cum aliis Productis tanquam Adjuncta judicialiter exhibita fiunt pars Actorum, ac deſuper Pars adverſa audienda eſt.*
244. *Acta Judicialia actitanda ſunt tempore diurno, non verò nocturno.*
245. *Teſtes non poſſunt nocte recipi, nec alii Actus fieri, qui Judice pro Tribunali ſedente expediendi ſunt.*
246. *Niſi accendatur Candela.*
247. *Acta non debent confici in Feriis.*
248. *Niſi in caſibus exceptis, remiſſivè.*
249. *Acta Judicii voluntariæ Juriſdictionis poſſunt fieri tempore Feriarum; item Acta in honorem DEI introductorum.*
250. *Secus eſt in Actis contentioſæ Juriſdictionis.*
251. *Niſi Pars non contradixerit.*
252. *Acta debent fieri Parte præſente, vel citata & contumaciter abſente.*
253. *Aliàs non probant, nec alteri præjudicant.*
254. *Nihil apud Acta Judicialia admittendum, ſuper quo non audiantur Partes: ab altera Parte illatum, aut communicandum, aut rejiciendum.*
255. *Omnia quæ ab una Parte producuntur in Judicio, communicanda eſſe alteri, ut reſpondeat, probatur.*
256. *Partis multum intereſt, ne Actis addantur, de quibus ipſi non conſtat.*
257. *Acta Scripturam requirunt.*
258. *Scriptura eſt de natura Actorum.*
259. *Acta Judiciaria ad primam eſſentiam Scripturam deſiderant.*
260. *In Libello, Sententiâ, & Appellatione.*
261. *Quando Scriptura requiratur ad Libellum? remiſſivè.*
262. *Item ad Sententiam? remiſſivè.*
263. *Et ad Appellationem? remiſſivè.*

264. *Acta non videntur deſiderare Scripturam ab initio, poſteà tamen conſcribenda ſunt per Judicii Notarium.*
265. *Quare Acta ſcribantur?*
266. *Acta in ſummariis quoque cauſis ſcribi debent.*
267. *Et coram Arbitro facta in Scripturam redigenda.*
268. *In cauſis levibus, modicis vel brevioribus Scriptura non deſideratur.*
269. *Sed Aſſertioni Judicis & Relationi Officialis, ſive Apparitoris creditur.*
270. *Scriptura non requiritur, ubi Partium conſenſu Judex, vel Arbiter ſine Scriptura procedit.*
271. *Acta debent juſto ordine, id eſt, adjectione loci, temporis, ſcilicet Anni, Menſis ac Diei, ut & Perſonarum ſcilicet à quibus, & coram quo geſta, ſcribi.*
272. *Olim habuerunt Volumina Geſtorum, in quibus Acta conſignabantur.*
273. *Hodie omnia in Judicio geſta in Protocollo deſcribuntur.*
274. *Acta conſcripta publicari debent.*
275. *Maximè Teſtium Atteſtata, & Sententia.*
276. *De Atteſtatorum publicatione, remiſſivè.*
277. *De publicatione Sententiæ, remiſſivè.*
278. *Acta publicari non poſſunt ſine mandato Judicis.*
279. *Quando Actorum publicatio neceſſaria, vel non? remiſſivè.*
280. *Quomodo Acta publicentur? remiſſivè.*
281. *Publicatio fieri ſolet coram Judice pro Tribunali ſedente, & quidem adverſâ Parte præſente, vel legitimè citata.*
282. *In Actorum publicatione adhiberi quoque debet Subſcriptio Notarii, vel alicujus Officialium, cui Actorum cuſtodia commiſſa; Teſtium præſentia non deſideratur.*
283. *Subſcriptio per Magiſtratus Actorum Curiæ facta plenè probat.*
284. *Acta Judicii ad validitatem ſuam non requirunt Teſtes.*
285. *In his, quæ apud Acta conſtituuntur, Magiſtratus, vel Judex Teſtium vice eſt.*
286. *Acta habent vim tot Teſtium, quot aliàs ad Actum aliquem requiruntur.*
287. *In quibus hoc non procedat?*
288. *Teſtes ad validitatem, ſive ſolemnitatem Teſtamenti coram Actis conditi, vel inſinuati, non ſunt neceſſarii.*
289. *Uſus & Praxis hodierna.*
290. *Ipſa Acta ſunt loco Teſtium.*
291. *Auctoritas Judicialis publica æquipollet numero Teſtium, qui aliàs in Teſtamento requiruntur.*
292. *Teſtamentum confirmatur quando Scriptum involutum Judici in Judicio offertur, ut illud ad Acta referat, & in Archivo reponat.*

293. *Item*

293. *Item quando Perſonis publicis Judicii audientibus & videntibus Teſtamentum conditur.*
294. *Acta probantur per Scripturam.*
295. *Scilicet publicam in præſentia & juſſu Judicis ab Actuario factam etiam ſine Teſtibus.*
296. *Ad probationem Inſinuationis Teſtamenti præter Acta nulli Teſtes requiruntur.*
297. *Fides publica Teſtamenti Actis cujuscunque Judicis vel Municipum inſinuati Teſtium adminiculis non eſt juvanda.*
298. *L. 19. Cod. de Teſtament. exponitur.*
299. *Ad probationem factæ Inſinuationis, vel duos ſaltem Teſtes requiri ſtatuunt nonnulli.*
300. *Quo de caſu hanc Sententiam accipiant.*
301. *Hanc explicationem non ſine magna dubitatione tranſire probatur.*
302. *Quid in dict. L. 19. Cod. de Teſtament. verba illa:* oblatas Preces ſecundùm voluntatem &c. *inſinuent vel inferant.*
303. *Uberioris cautelæ, & facilioris probationis gratia à tergo Precum ſive Supplicationis, qua Inſinuatio Teſtamenti petitur, uno aut altero verbo annotatio fieri ſolet.*
304. *Non per modum Decreti aut Confirmationis, ſed per modum Signi & Teſtimonii ritè factæ oblationis & receptionis.*
305. *Quomodo hæc annotatio ſeu Scriptura vocetur?*
306. *Solet quoque Schedula probatoria ex Cancellaria dari, quam Recognitionem vocant.*
307. *Alii Antigraphum,* ein Gegen-Bekanntnüß oder Schein *nominant.*
308. *Acta, quæ Scripturam requirunt, Scriptura tantùm probantur.*
309. *Non per Teſtes.*
310. *Acta non requirentia Scripturam per Teſtes probari poſſunt.*
311. *Quando Actorum quæ neceſſariò ſcribuntur, Scriptura eſt amiſſa vel deperdita, tenor eorum etiam Teſtibus probatur.*
312. *Dummodò ſcripta fuerint Acta, & Teſtes deponant non ſolùm ita actum, ſed & in Scripturam redactum fuiſſe.*
313. *Probantur etiam per Confeſſionem Partis.*
314. *Et per ipſum Judicem, vel Arbitrum.*
315. *Actorum Judicialium finis eſt Sententia.*
316. *Acta ſunt media, vel vehicula ad Sententiam obtinendam.*
317. *Acta Judicii præſumuntur eſſe juſta.*
318. *Solemnia & valida.*
319. *Vera.*
320. *Plenam fidem ac vim publicam habent.*
321. *Actis creditur, niſi aliud probetur.*

322. *Veri-*

322. Veritatem probatam faciunt.
323. Si Sententia in Acta relata contineat partem citatam eſſe, non admittitur probatio in contrarium.
324. Notorium inducunt.
325. Inter easdem ſcilicet Perſonas.
326. Fundans ſe ſuper Actis non præſumitur calumniari.
327. Acta plenè probant etiam absque Teſtibus.
328. Acta coram Arbitro facta Teſtes requirunt.
329. Acta habent paratam Executionem.
330. Vis Actorum non procedit tantùm affirmativè, ſed & negativè.
331. Actis non plus probatur quàm in iis eſt expreſſum.
332. Quod Acta non loquuntur, aut teſtantur, non habetur pro geſto.
333. Si in Actis non conſtet de Libello, Litis conteſtatione, & aliis, ad Proceſſum pertinentibus, eorum omiſſio eo ipſo ſufficienter probata eſt.
334. Id maximè in Juramento Teſtium obtinet.
335. Acta inter alios facta non probant in præjudicium Tertii.
336. Res inter alios acta, aliis non præjudicat.
337. Licet eadem ſit cauſa.
338. Res inter alios acta nocet etiam Tertiis, ſi in his eadem ſit ratio.
339. Sententia inter alios lata parit exceptionem rei judicatæ, & aliis nocet, quoties eadem cauſa vincendi, idemque Status Cauſæ apud Judicem eundem.
340. Acta facta in uno Judicio, probant in alio Judicio ſeu alia Inſtantia.
341. Acta Judicialia probant inter easdem Perſonas etiam in ſecundo Judicio,
342. Modò in eo producta fuerint ſpecificè ſeu ſpeciatim.
343. Non ſufficit Acta ſimul in Filza ſeu Rotulo produci.
344. Finita Inſtantia pereunt omnia Acta.
345. Pertinentia ad Ordinem Judiciarium, ſeu Proceſſum.
346. Exempli cauſa Libellus, Litis conteſtatio, Juramentum Calumniæ.
347. Acta reſpicientia Merita Cauſæ non pereunt in ſecunda Inſtantia, uti Atteſtationes, Confeſſiones &c.
348. An & quatenus Acta in uno Judicio, probent in alio inter diverſas Perſonas.
349. Acta facta in Judicio Civili, an & quatenus probent in Criminali.
350. Acta facta in Judicio Criminali, an fidem faciant in Civili.
351. Acta facta coram Judice Seculari, an & quando probent coram Eccleſiaſtico?
352. Acta facta in Judicio Poſſeſſorio, an & quando probent in Petitorio.
353. Acta facta in Judicio Summario, an & quando probent in plenario?
354. Acta in una Civitate facta, an faciant fidem ubique?
355. Acta coram Judice incompetente, an & quando probent?
356. Acta facta coram Arbitro, an & quando probent in Judicio ordinario?

357. Actis non inſpectis, Judex nihil in præjudicium cujusquam decernere debet.
358. Pronunciatio facta per Judicem, non habitis Actis non valet, etiamſi Sententia eſſet bona, & relata ſecundùm Acta.
359. Actorum veritas ante omnia eſt conſideranda & ſervanda.
360. Actorum veritatem potius ſequi oportet, quam quod ex ſilentio.
361. Judex ad ea, quæ in Actis ab electo Notario vel Actuario conſignantur, adſtringitur.
362. Judicum non eſt Acta facere, ſed ea conſervare, & ſecundùm ea judicare.
363. Judicem debere judicare ſecundùm acta actitata & probata, ſtatuitur.
364. Juxta conſcientiam, repugnantibus licet Actis, Judicem Sententiam rectè dicere aſſeritur.
365. Acta Judicii ſunt perpetua.
366. Fidem faciunt perpetuam, mortuo etiam Judice vel remoto.
367. Ex Actis judicare cogitur, qui in defuncti Judicis locum ſurrogatur.
368. Acta non debent circumduci.
369. Circumduci, quid ſit.
370. Poteſt intereſſe Judicis ob publicam utilitatem, ut Acta non circumducantur.
371. Poſt rem judicatam Judex jubere non poteſt Acta circumduci.
372. Acta Judicialia pro deſiderio Partium non ſunt abolenda ex Chartophylacio, nec comburenda, vel è medio tollenda.
373. Sed occludenda & Sigillo munienda.
374. Solet à Principe impetrari, ut Acta, præſertim criminalia, aboleantur, vel Sigillo Principis obſignentur, ſi Tertius ex confeſſione Partis gravetur, vel ipſius fama ſugilletur.
375. Actorum verba emendare tenore Sententiæ permanente non eſt prohibitum.
376. Verbum condemnare & abſolvere in Sententia contentum, ante pronunciationem, non poſt publicationem mutari poteſt.
377. Acta coram Judice incompetente ſunt nulla.
378. Niſi ejus Juriſdictio prorogata fuerit.
379. Acta & Probationes eo tempore factæ, quod à futuro eventu poteſt eſſe incongruum, valent, ſi accedat Sententia per quam ſcrupulus incompetentiæ Judicis removetur.
380. An Acta coram Judice errante valeant?
381. Diſtinguitur.
382. Acta per delegatum ignorantem delegantis mortem ſunt nulla.
383. Acta coram Judice vel Magiſtratu falſo, incapaci, vel inhabili, non valent.
384. Niſi per errorem communem reputatus habilis.
385. Vel auctoritate publica, & ab eo, qui eligere poteſt, electus & admiſſus fuerit.

386. *Ob utilitatem publicam ſupplet defectum ac inhabilitatem Perſonæ publicæ auctoritas.*

387. *Inſtrumenta & Acta confecta à Tabellione vel Notario, quamdiu ſe pro tali geſſit, poſtea verò apparet ipſum non fuiſſe talem, valent.*

388. *Non iis in terminis, ubi quis ſibi ipſi munus aſſumpſit.*

389. *Sed ubi quis creatus ab eo, qui poteſtatem creandi habebat.*

390. *Vel quando quis Notariatum exercet ſciente & patiente ſuperiore, habente poteſtatem creandi Notarium.*

391. *An Princeps inidoneum vel inhabilem promovendo videatur de ejus habilitate diſpenſare?*

392. *Acta per Judicem recuſatum poſt recuſationem facta, ſunt ipſo jure nulla.*

393. *Quid Jure Canonico obtineat?*

394. *Acta coram Judice recuſato facta valent, ſi Pars poſt oppoſitam recuſationem coram Judice recuſato litigaret.*

395. *Item quando poſt oppoſitam recuſationem Judex de commiſſione ſibi à Principe facta in cauſa procederet.*

396. *Vel quando recuſatio non eſſet in Scripturam redacta.*

397. *Aut ſi recuſatio eſſet oppoſita poſt concluſionem.*

398. *Niſi cauſa ſuſpicionis ſuperveniat poſt concluſionem in cauſa factam: vel tum demum ad notitiam recuſantis perveniret.*

399. *Etiam ſolo Juramento probari poteſt cauſam ſuſpicionis de novo ſuperveniſſe.*

400. *Quando exceptio recuſationis concernit defectum naturæ, tum ſemper opponi poteſt.*

401. *Acta per Procuratorem illegitimum non valent.*

402. *Omninò tenere Proceſſum, quouſque adverſus Procuratorem excipitur, ſtatuitur.*

403. *Acta ex defectu mandati nulla per ſubſequentem ratificationem convalidantur.*

404. *Acta cum Minore, vel ejus Procuratore valent in Minoris favorem & commodum.*

405. *Non ad præjudicium illius.*

406. *Acta nulla, etiam utiliter facta pro Minori, ſi per adverſarium ante Sententiam dicantur nulla, non ſuſtinentur.*

407. *Acta facta cum Perſona inhabili, poſſunt unica Citatione & Audientia cum Perſona habili repeti & redintegrari.*

408. *Partes litigantes Acta Judicii non ſubſtantialia ratificare poſſunt.*

409. *Acta ſubſtantialia à Lege pendent, non ab arbitrio & conſenſu Partium.*

410. *Idem eſt in Criminalibus.*

411. *In Proceſſu Criminali non poteſt ſequi condemnatio valida, ſi Proceſſus eſt nullus.*

412. *Si dubitatur an Subſtantialia intervenerint, ſtatur Confeſſioni Partium.*

413. *Supremi Judices non adſtringuntur ad Solemnia Judicii.*

414. *Si Pars conſenſit, ut Teſtes examinati Parte non citata, probent, poteſt valida Sententia ferri.*

415. *Licet Partes nequeant validare Acta nulla & Sententiam nullam, ut valeant qua talia, poſſunt tamen ſeſe obligare de illis parendo in vim Pacti & Conventionis.*

416. *Acta cancellata nullam faciunt probationem.*

417. *Quando additiones ſcriptæ reperiuntur diverſo atramento.*

418. *Niſi Notarius in fine hæc verba ſubjunxiſſet:* Quod ſuprà cancellatum vel inductum eſt, in tali loco, id ego feci manu propria.

419. *Acta cauſæ corrumpens crimen falſi committit, & cauſam amittit.*

420 *De pœna ejus qui Acta delet, falſificat & diſſigillat, remiſſivè.*

421. *Si eum, qui ejusmodi Acta produxit, pœnituerit, & ſcripta iſta, vel ſtatim laceraverit, vel ſaltem occultaverit, an nihilòminus pœna falſi teneatur?*

422. *Diſtinguitur.*

423. *Acta manca & imperfecta rejiciuntur.*

424. *Atque Judex Parti inde damnum ſentienti ad intereſſe tenetur.*

425. *Suisque ſumptibus ſupplere debet ſecundùm Ordinationem Cameræ Imperialis.*

426. *Niſi citra Judicis culpam diſcerpta, vel aliàs manca fuerint.*

427. *An ob Acta non legitimè ſcripta mulctandus quoque Judex inferior.*

428. *Alleganti Actorum defectum & reſtaurationem petenti probatio incumbit.*

429. *Quomodo Actorum defectus probetur.*

430. *Quando Acta Judicii planè amiſſa, quomodo ſuccurratur Parti?*

VOx ACTA, deducitur à verbo agere, de cujus verbi 1.
ſignificatibus, quos in Jure habet, vid. Barnab. Briſſon.
in tractat. de Verbor. quæ ad Jus pertinent, ſignification. lib. 1. lit. A.
& Joh. Jacob. Wiſſenbach. *ad tit. de verbor. & rer. ſignificat. diſputat. 8. theſ. 17.*

Acta ſignificatione generali dicuntur, quæcunque aguntur, ſive re, 2.
ſive verbis, *l. 19. ff. de verbor. ſignificat. l. 2. §. 1. de capite minutis.* Franciſc. Stypmann. *in tractat. de Referendar. & eorum officio in legendis Actis cap. 5. num. 2.*
Significatione ſpecialiore denotant conſignationes rerum geſtarum, 3.
Stypmann. *dict. cap. 5. num. 3.* Atque ita Actorum nomen collectionem 4.
quandam importat, accipiturque pro quadam rerum actarum congerie in Tabulas, vel Commentarium redacta, vel etiam pro ipſis Commentariis, in quibus perſcripta ſunt ea, quæ aguntur, Cicer. Trebonio
lib. 10. epiſt. 24. Vocantur Gallicè Actes, Germanicè Handlungen / Geſchich- 5.
ten; & ſunt vel publica, vel privata, David Döring. *in Bibliothec. JCtor.* 6.
verb. Acta Judicii. num. 12. Stypmann. *dict. cap. 5. num. 3.*

7. Quamvis Acta propriè dicantur Scripturæ factæ in Judicio, vel co-
ram Judice, *l. acta. 45. ff. de re judicat.* Bartol. *in l. illud, quod. 19. Cod. de SS.*
8. *Eccleſ.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 5. & 11.* Uſu tamen ho-
dierno, Actorum ſignificatio, ad Acta quoque privata, quæ extra Judi-
cium, & ſine Judice apud Notarios Contractuum fiunt, redacta eſt,
Dav. Döring. *dict. num. 5. in fine.*
9. Acta privata etiam ſunt Libri in quibus Privati Rationes ſuas, vel
alios Actus, veluti Teſtamenta, & Contractus conſignant, Stypmann.
10. *dict. cap. 5. num. 4.* Huc referri poſſunt Manualia Partium acta, Berlich.
part. 2. deciſ. 293. num. 3. Mev. *part. 2. deciſ. 69. num. 5.* & *part. 7. deciſ. 193. num. 2.*
11. Alio planè ſenſu Acta coram Judicibus in privatis negotiis, Acta ad Jus
Privatorum pertinentia dicuntur *in l. in fraudem. 45. §. ex his. 4. ff. de Jure*
Fiſci. Dav. Döring. *dict. num. 12. in fin.*
12. Acta publica, Gallicè Actes publiques, les Regiſtres publiques,
13. iterum ſumuntur vel ſtrictè pro iis Actis quæ ad publicam utilitatem im-
mediatè, primariò, & principaliter pertinent, uti ſunt Libri ac Tabulæ
continentes publica Reipublicæ vel Civitatis Acta, & Negotia, ſeu Sta-
tuta, in quibus res geſtæ Principis, aut Populi, aut Leges ſcriptæ, Cicer.
tom. 2. in M. Anton. Philippuâ primâ, Oratione 44. pag. 519. Dav. Döring. *dict.*
14. *num. 5.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 5.* Ad quæ referenda, quæ hodie in
Comitiis Imperii Romani tractantur & conſcribuntur.
15. Vel áccipiuntur latè pro omnibus illis Actibus, qui fiunt coram
Magiſtratu, *l. 2. Cod. de edendo.* ibique Accurſ. *Cod. de aliment. pupill. præſtand.*
16. Anton. Faber *in Cod. tit. de edendo. definit. 8. num. 2.* Seu potius pro Scripturis
illarum rerum, quæ apud Judicem peraguntur, Paul. Chriſtinæ. *volum. 1.*
Deciſ. Cur. Belg. 254. num. 1. Joh. Harprecht. *in Commentar. ad Inſtitut. §. 12. &*
17. *ult. de adoption. num. 4.* ubi ſcribit, quòd Acta olim fuerint ſcripta & Com-
mentarii publici, in quos ea, quæ vel in Conſiſtoriis Principum, vel in
Auditoriis Præſidum, aut Magiſtratuum gerebantur, conjicerentur, vid.
quoque Henr. Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. part. 1. tit. de adoption. num. 5.*
18. Et ſic denotant omne id, quod factum eſt in Judicio, vel in quali quali
figura Judicii, Marant. *part. 2. tit. de Actor. edition.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2.*
de Mandat. cap. 47. num. 19. & cap. 66. num. 3. Maſcard. *de Probation. concluſ. 32.*
& ſeqq. Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 65.* Cujac. *lib. 15. obſervat. 37;* in præ-
ſentia Judicis, Pacian. *dict. cap. 65. num. 42. & ſeqq.* & manu Tabellionis ad
hoc conſtituti, juſſu Judicis conſcriptum extat, Maſcard. *dict. concluſ. 32.*
num. 1. 2. & 3. Joh. Althuſ. *in Dicæolog. lib. 3. cap. 41. num. 21.* ſive ad cauſam
publicam, ſive privatam pertineat, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 6.* David
19. Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 13.* Imò Acta hic vocantur non ſolùm,
quæ

quæ fiunt in contradictorio Judicio, ſed omnia, in quibus Decretum
Judicis interponitur, ut in Tutelis, Curâ, Emancipatione, & ſimilibus,
Dav. Döring. *dict. loc. num. 47.*
Sunt igitur Acta hîc, res in Judicio geſtæ, vel Scripta, in quæ res 20.
in Judicio geſtæ, memoriæ cauſa ſunt redactæ, cum adjecto Loco, Men-
ſe, Die, & Anno, Althuſ. *dict. loc.* Publica autem dicuntur hujusmodi
Acta in *l. 4. §. ult. ff. de fidejuſſor. & nominator. & hæred. Tutor. & Curator.* & in
l. 2. Cod. de edendo. vel quia ſunt confecta apud publicas perſonas, quales 21.
ſunt ipſi Judices, & Judicii Actuarii, Dionyſ. Gothofred. *in Not. ad l. 2. Cod.*
de edendo. lit. H. Item quia facta authoritate publicâ, & juſſu perſonæ
publicæ, ut Judicis, Althuſ. *dict. cap. 41. num. 22.* Mejer. *in Colleg. Argentorat.*
tom. 1. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 3. num. 1. Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii,*
num. 14. Vel etiam quia fidem publicam habent, Brunnemann. *ad dict.*
l. 2. Cod. de edendo.
Hæc Acta concernunt, vel voluntariam, vel contentioſam Juris- 22.
dictionem, *l. 12. ff. de offic. Proconſulis & Legat.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 7.*
Illa apud Magiſtratum inter conſentientes & volentes, non verò inter 23.
litigantes peraguntur, & ab authoritate Legis vel Magiſtratus depen-
dent, Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 4. theſ. 71.* Hoc modo dicitur, 24.
donationes interveniente Actorum teſtificatione confici, *in l. data jam-*
pridem. 27. Cod. de donation. Actis inſinuari, *§. 3. Inſtitut. de donation.* & *l. in* 25.
donationibus. 31. Cod. eod. in Acta referri, *dict. l. 4. §. 3. ff. de fidejuſſor. & nomina-* 26.
tor. id eſt Literis publicis conſignari, Bachov. *ad Inſtitut. dict. §. 3. de dona-*
tion. ſive in Tabulas & Libros publicos redigi, Struv. *in Syntagm. Jur. Ci-*
vil. exercitat. 40. theſ. 10. Donationem non excedentem legitimum mo- 27.
dum, Actis non indigere, *l. 34. §. 4. in princ. Cod. de donation.* Donationem
verò legitimum modum excedentem Actis indigere, *eod. §. 4. in fin.* Se- 28.
curum eſſe, qui Actis cujuscunque Judicii, aut Municipum, mentis ſuæ
poſtremum publicavit Judicium, *l. 19. Cod. de Teſtament.* id eſt, apud Acta
teſtatus fuerit, per *l. ſancimus. 27. verb. vel inter Acta manifeſtaverit. dict. tit. Cod.*
de Teſtament. Tabor. *in tractation. Analyt. Synthet. de Teſtament. Principi vel Co-*
miti oblato, legis 19. Cod. de Teſtament. Theoriam & Praxin oſtendente, cap. 2. §. 4.
Servum, quem Dominus Actis intervenientibus Filium ſuum nomina- 29.
vit, liberum eſſe, *§. fin. Inſtitut. de Adoption.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 8.*
9. & 10.
Hæc Acta vocantur aliàs publica monumenta, *l. 6. Cod. de re judicat.* 30.
vel geſta, quæ ſunt relata in publica monumenta habere volumus per-
petuam firmitatem, &c. & *l. 34. in princ. dict. tit. Cod. de donation. verſ. non*
indigere monumentis &c.

31. Acta Judicii, ſeu Municipum, id eſt Gerichts- oder Raths-Acta,
generaliter cenſentur & judicantur ibi eſſe, ubi Judex eſt, & fit aliquid
authoritate Judicis, citra loci conſiderationem, *l. 5. & 7. ff. de manumiſſ. vin-
dict.* Berlich. *part. 1. concluſ. 4. num. 1.* Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. con-
ſtitut. 14. definit. 9. num. 5.* Richter. *part. 1. deciſ. 30. num. 20.* Beſold. *in Theſaur.
Pract. part. 1. lit. G. verb.* Gerichts-*Acta, num. 40. in Additionibus.* Tabor. *in dict.
tractation. de Teſtament. Principi vel Comiti oblato, dict. cap. 2. §. 4.*
32. Et apud Acta fieri dicuntur, quæ geruntur coram Judice, etiam
extra locum Judicii, Weſenbec. *in Paratitl. ad ff. tit. qui Teſtament. facere
poſſunt, num. 10.* Vultej. *volum. 1. Conſil. Marpurg. 34. num. 9.* Berlich. *part. 1. de-
ciſ. 85. num. 3.* Eckolt. *in compendiar. Pandectar. tractation. dict. tit. qui Teſtament.
facere poſſunt, §. 10.* Carpzov. *dict. definit. 9. num. 6.* & *part. 3. conſtitut. 3. definit.
18. num. 4.* Mev. *part. 7. deciſ. 179. num. 2.* in his ſcilicet quæ ſunt voluntariæ
Jurisdictionis, Weſenbec. *in Paratitl. dicto loco.* & *conſil. 28. quæſt. 24. num. 24.*
Berlich. *dict. deciſ. 85. num. 3.* Vultej. *dict. conſil. 34. num. 10.* Dav. Döring. *in
dict. verb. Acta Judicii. num. 19.* Mev. *ad Jus Lubecenſ. part. 2. tit. 1. artic. 2. num. 118.*
33. Tabor. *dict. §. 4.* & *cap. 5. §. 7.* Atque ideò Teſtamentum domi ab ægroto
coram Judice, & Judicii Actuario, ad ægroti petitionem comparentibus
conditum valet, Weſenbec. *dict. num. 10. ibique in Obſervat. Hahn. & dict. num.
24. conſil. 28.* Berlich. *dict. deciſ. 85. num. 2. & 3.* qui tamen *num. 6. 7. & ſeqq.*
de Jure Saxonico contrarium ſtatuit, Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. exercitat.
32. theſ. 9.* Joh. Strauch. *ad univerſ. Jus Juſtinian. privat. diſputat. 9. theſ. 31.*
Brunnemann. *in repetit. Paratitl. tit. de Teſtament. quæſt. 21.* Weſenbec. *dict.
tit. qui Teſtament. facere poſſunt, quæſt. 23.* & Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. artic. 2.
num. 113. 114. & ſeqq.* Tabor. *in dict. tractation. de Teſtament. Principi vel Comiti
oblato, dict. cap. 2. §. 4.* & *cap. 5. §. 7.* contra Vultej. *volum. 1. Conſil. Marpurg. 34.*
34. *num. 55.* quia Teſtamenti factio eſt Actus voluntariæ Jurisdictionis, We-
ſenbec. *dict. num. 10.* & *dict. conſil. 28. quæſt. 24. num. 24.* Berlich. *part. 3. concluſ.
4. num. 10. in fin.* Vultej. *dict. conſil. 34. num. 11.* Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ.
part. 3. conſtitut. 3. definit. 16. num. 6.* Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. artic. 2. num. 110.*
35. Richter. *part. 1. deciſ. 30. num. 21.* qui proculdubio coram Judice ubique lo-
corum, non ſolùm in Judicio, ſed etiam extra illud, expediri poteſt,
*§. ſervi verò à dominis. 2. Inſtitut. de libertin. l. 2. ff. de offic. Proconſulis. l. actus. 8.
Cod. de feriis. l. 3. Cod. de emancipation. Liberor. l. 3. & ſeqq. ff. de manumiſſ. vindict.*
Carpzov. *dict. definit. 16. num. 7.* Eckolt. *dict. tit. qui Teſtament. facere poſſunt,*
36. *§. 10.* Nec Aſſeſſorum præſentia requiritur, Tabor. *dict. cap. 5. §. 7.* Ubi ob-
37. ſervandum, quod Magiſtratus vocatus, cum Actuario cogatur adire ædes
privati, ceu notant Bachov. & Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. dict. num. 10.*
38. Jure Saxonico Teſtamentum factum ab ægroto, vel alio extra Judicii
locum

locum coram Judice & uno vel altero Scabino, vel etiam duobus Sca-
binis, ſpecialiter authoritate Judiciali ad hunc Actum ablegatis demum
ſubſiſtit, Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 3. definit. 22.* junct. *definit. 16. & 17.*
Nec ſufficit, ſi Teſtator ipſemet; vel alius ejus nomine privatim 39.
quosdam è Senatu, vel Judicio ad id roget, tanquam Teſtes, vel illi
fortuitò advenerint, Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 20. num. 3.* Richter.
part. 1. dict. deciſ. 30. num. 13. ſed neceſſe eſt, ut ipſe Judex, vel Senatus à 40.
Teſtatore, vel alio ejus nomine rogatus, certis perſonis, quæ ſunt in of-
ficio, committat, & injungat, ut nomine Judicii vel Senatus Teſtamenti
factioni interſint, Carpzov. *dict. definit. 20. num. 4.* Richter. *dict. num. 13.*
Non tamen requiritur ſolennis Judicii ordinatio, Carpzov. *dicto loco.* nec 41.
opus eſt, ut Judex in loco Judicii Scabinos ableget, ſed in ſua domo 42.
quoque iis hoc negotium committere poteſt, Richter. *dict. deciſ. 30.
num. 14.*

Jure Provinciali Naſſovico inter alia requiritur, ut vocentur, & 43.
ſimul præſentes ſint, quatuor Scabini, vel quatuor alii Viri fide digni,
cum Scribâ Judicii, vel in hujus abſentia Prætore, Paſtore, vel Notario,
Naſſau-Catzenelnbogiſche Lands-Ordnung *part. 3. cap. 2. §. 8. & 9.* Non 44.
valet Teſtamentum, aut donatio mortis cauſa, extra locum Judicii co-
ram ſolo Judice, vel Quæſtore facta, ſi non unà cum Judice ad mini-
mum unus, vel alter Scabinus, vel Actuarius præſens fuerit, Berlich.
part. 1. dict. deciſ. 85. num. 1. & ſeqq. Carpzov. *part. 3. conſtitut. 2. definit. 7. num. 1.*
& *conſtitut. 3. definit. 17.* atque *lib. 6. Reſponſ. Jur. Electoral. 12.* Richter. *dict. de-
ciſ. 30. num. 28.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 52. & 53.* Tabor. *dict. cap. 2. §. 4.* &
cap. 5. §. 6. in fin. Eckolt. *dict. tit. qui Teſtament. facere poſſunt, §. 8.* Nam quæ 45.
à ſolo Judice remotis ejus Aſſeſſoribus, & Scabinis extra locum Judicii
fiunt, coram Actis in figura Judicii fieri non cenſentur, Carpzov. *dict.
conſtitut. 2. definit. 7. num. 3.* & *dict. conſtitut. 3. definit. 17. num. 6.* Mev. *part. 1. de-
ciſ. 179. num. 5.* & *ad Jus Lubecenſ. part. 2. tit. 1. dict. artic. 2. num. 95.* Nec coram 46.
unico Scabino, & Notario Judicii Teſtamentum extra Judicium validè
conficitur, Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 18.* Richter. *dict. deciſ. 30. num. 11.*
Imò & firmum eſſe Teſtamentum coram uno Scabino & Notario con- 47.
ditum, Facultat. Wittenberg. judicaſſe teſtatur Georg. Schultz. *in Synopſ.
Inſtitut. de Teſtament. ordinand. lit. d. num. 3.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. exer-
citat. 32. theſ. 9. in fin.* Neque ſufficit, ſi ſolus Notarius, vel Actuarius Ju- 48.
dicii ablegetur, eique Teſtator Teſtamentum inſinuet, Richter. *dict. deciſ.
30. num. 10.* licet Teſtamentum, vel donatio mortis cauſa apud Acta in 49.
loco Judicii coram ſolo Judice, vel Quæſtore, non præſentibus aliis Sca-
binis, vel Actuario facta aut inſinuata, valida ſit, *l. omnium. 19. verſ. Qui*

Actis

Actis cujuscunque Judicis. Cod. de Teſtament. Carpzov. *part. 3. conſtitut. 2. dict. de-*
finit. 7. num. 7. & *conſtitut. 3. definit. 15. num. 5. 6. 7. 8. & ſeqq.* atque *definit. 17.*
num. 1. Richter. *part. 1. deciſ. 30. num. 28.* Eckolt. *tit. qui Teſtament. facere poſſunt,*
50. *dict. §. 8.* Cùm ſufficiat fieri Teſtamentum, aut donationem mortis cau-
51. ſa apud Acta, *l. ſancimus. 27. Cod. de Teſtament.* quæ à ſolo etiam Judice
pro Tribunali ſedente, haud præſentibus aliis Senatoribus & Aſſeſſori-
bus repræſentantur, Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 15. num. 8.* Eckolt.
dict. §. 8.
52. Neque pluralitas Judicum aut Scabinorum fidem hiſce Teſtamen-
tis tribuit, alioquin nec duas, nec tres Perſonas ad Judicium pertinen-
tes pro Teſtamenti factione ſufficere quis dixerit, *§. ſed cum paulatim. 3.*
53. *Inſtitut. de Teſtament. ordinand.* Sed ſola Judicialis Auctoritas, quam Judex
ſolus in loco Judicii pro Tribunali ſedens repræſentat, ejusmodi Teſta-
mentis robur tribuit, Carpzov. *dict. part. 3. conſtitut. 2. definit. 7. num. 8. 9. & 10.*
54. Nec Actuarii omiſſionem hoc Teſtamentum vitiare teſtatur, Carpzov.
dict. conſtitut. 3. definit. 32. & Eckolt. *dict. §. 8.* per *l. 18. & 19. Cod. de Teſtament.*
55. Teſtamentum apud incompetentem quoque Judicem confici, Actisque
inſinuari poteſt, *l. 2. ff. de offic. Proconſulis & Legati.* Carpzov. *part. 3. deciſ. 293.*
num. 17. & ſeq. & *in Jurisprud. Forenſ. part. 3. dict. conſtitut. 3. definit. 13. num. 5.*
Mev. *part. 3. deciſ. 195.* Hahn. *ad Weſenbec. dicto loco.* Brunnemann. *ad l. 2. ff.*
de offic. Proconſulis & Legati. Tabor. *in dict. tractation. Analyt. Synthet. de Teſta-*
ment. Principi vel Comiti oblato, cap. 5. §. 6. Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. artic. 2.*
56. *num. 104.* Sufficit enim quali quali Jurisdictione uti, inferiorem, an ſupe-
riorem habeat non diſtinguitur, Berlich. *part. 2. concluſ. 4. num. 32.* modò
57. Jurisdictione utatur, Mev. *dict. artic. 2. num. 105.* cum ſine hac nec Judi-
cium, nec Acta ſint, & dicantur: unde in iis Oppidis, ubi Magiſtratui
non competit Jurisdictio, ſed penes ſuperiorem eſt, coram iſto nemo
validè teſtabitur, Mev. *dict. artic. 2. num. 106.*
58. Sicuti nec valet Teſtamentum coram Sculteto, & Scabinis paganis
factum, cum nulla gaudeant hi Jurisdictione, Carpzov. *dict. conſtitut. 3.*
definit. 21. Finckelthauſ. *Obſervat. 75.* Berlich. *part. 1. deciſ. 93. num. 31.* Mev.
59. *dict. artic. 2. num. 107. & 122.* Tabor. *dict. cap. 5. §. 6.* niſi his ſpecialiter à Do-
mino, cui Jurisdictio competit, ea fuerit conceſſa, Carpzov. *dict. conſti-*
60. *tut. 3. definit. 21. num. 1.* Eckolt. *dict. §. 8.* Tabor. *dicto loco.* vel hi ab habenti-
bus Jurisdictionem, ſpecialiter ablegati fuerint, Berlich. *deciſ. 93. num. 10.*
Carpzov. *dict. definit. 21. num. 2.* Mev. *dict. artic. 2. n. 123.* Richter. *dict. deciſ. 30.*
61. *num. 32.* Eckolt. *ibid.* verùm, cum in nonnullis locis etiam hi habeant
Jurisdictionem, ad cujuscunque Loci Statuta & Conſuetudines reſpi-
62. ciendum eſſe docet, Eckolt. *dict. §. 8.* Coram ſolo Sculteto, aut ſolo
Quæſto-

Quæſtore pagano validè confici Teſtamentum tale, negat Tabor. *dict.*
cap. 5. §. 6. Judex aliàs etiam coram ſe ipſo, & propriis Actis inſinuare 63.
poteſt, præſente Actuario & Scabinis, Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 14.*
Eckolt. *dict. §. 8.*
Quæritur, an ejusmodi Teſtamentum per Procuratorem, vel per 64.
Epiſtolam inſinuari poſſit? Neg. Reuſner. *in tractat. de Teſtament. volum. 2.*
part. 4. cap. 19. num. 23. & ſeqq., Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 23.* Eckolt. *dict.*
tit. qui Teſtamentum facere poſſunt, §. 9. [De Jure Cam. conf. D. Hofmanni
Supplication. tit. 30. num. 28.]
An ergò per Advocatum, vel Notarium? ℞. Voluntatis declara- 65.
tionem & manifeſtationem explicitè verbis ore prolatis per Advocatum,
aut Notarium expediri poſſe, modò præſens Teſtator affirmet hanc eſſe
ultimam ſuam voluntatem, *Receſſ. Imper. Colonienſ. de Anno 1512. tit.* Von
Teſtamenten. 2. §. Die Form eines Teſtaments. *7. verſ.* Doch alſo / daß er of-
fentlich außſage / daß ſolches / ſo er darlegt / ſein Teſtament ſey ꝛc. Anton.
Faber. *in Cod. lib. 6. tit. 5. definit. 20. num. 4.* Carpzov. *dict. conſtitut. 3. definit. 27.*
Bocer. *claſſ. 3. diſputat. 2. theſ. 7.* Richter. *part 1. dict. deciſ. 30. num. 5.* Eckolt.
dict. §. 9. Naſſau-Catzenelnbogiſche Land-Ordnung *part. 3. cap. 2. §. 1. verſ.*
Als erſtlich / wird einer ꝛc. *in verb.* In ſelbſt eigener Perſon / oder / da er
will / durch ſeinen Redner vorbringen und anzeigen / was geſtalt er ſeinen
letzten Willen auf den Brieff / oder auf das Pergament / ſo er in ſeinen
Händen vorzeigen ſoll / hätte verzeichnet / oder verzeichnen laſſen / und dem-
nach gemeynet und entſchloſſen wäre ꝛc. & *§. 2. in verb.* Wann nun der
Teſtirer ein ſolches alſo / wie gemeldt / entweder ſelbſten / oder aber durch
ſeinen Redner angezeigt / ſo ſoll einer unter unſern Räthen / oder da es vor
Gericht beſchehe / unſer Schultheiß / oder der älteſte Gerichts-Schöpff / den
Brieff / oder das Pergament / darauf das *Teſtament* geſchrieben iſt / von ih-
me fordern / und folgends noch einmal fragen ꝛc. & *§. 3. in verb.* Würde
nun der *Teſtator* hierauf antworten / daß ꝛc. Nec eo in caſu, ubi Teſta- 66.
mentum à Teſtatore factum, Actis inſinuatur, prælectio Scripturæ ne-
ceſſaria eſt, Carpzov. *lib. 6. Reſponſ. Jur. Electoral. 9.* Berlich. *part. 2. deciſ. 48.*
Quid ſi Teſtator Teſtamentum ab Actis rurſus auferat, & domi 67.
recondat, an adhuc judiciale erit? negant JCti Academiæ Lipſienſ. *Re-*
ſponſ. 12. Januarii Anno 1614. 9. Auguſti 1617. 14. Martii 1634. Finckelthauſ. *Ob-*
ſervat. 12. num. 12. Affirmat Collegium Scabinorum Jenenſium, Carpzov.
in Jurisprud. Forenſ. part. 3. conſtitut. 4. num. 34. Tabor. *in dict. tractation. Analyt.*
Synthet. de Teſtament. Principi vel Comiti oblato, cap. 3. §. 8. in fin. Strauch. *ad uni-*
verſ. Jus Juſtinian. privat. diſputat. 9. theſ. 31. in fin. Eckolt. *in dict. tit. qui Teſtament.*
facere poſſunt, §. 10. vid. Maul. *de ultimis Voluntatibus lib. 1. tit. 3. pag. 79. num. 10.*

ubi

ubi ita ſcribit: *Decimo notandum eſt, quod ejuſmodi Teſtamentum, quod coram Judice conditum, & apud Acta publica depoſitum eſt, non perpetuò, uſque ad mortem Teſtatoris ibidem cuſtodiri & remanere debeat; ſed Teſtator illud impunè, quandocunque illi placuerit, ex Judicio auferre, & ad ſe recipere poteſt, nec per ejuſmodi remotionem & ablationem ex Judicio, Teſtamentum revocatum cenſetur; Sed ſemper firmum, validumque manebit, modò Teſtator expreſſè non dixerit, quod per hoc Teſtamentum revocare velit: Tum, quod hoc Teſtamentum apud Acta ideò valeat, quia Teſtes habet Perſonas Nobiles, Publicas, & Senatores. dict. l. omnium. 19. Cod. de Teſtament.* (Hæc autem ratio non minus locum habet, & Senatores Teſtamentum verè coram Actis fuiſſe factum, teſtari poſſunt, ubi Teſtamentum Teſtator ad ſe recepit, quàm ubi poſt mortem Teſtatoris apud Acta invenitur.) *Tum, quod nullibi tradatur, ejuſmodi oblationem, modum infirmandi & revocandi Teſtamentum eſſe; tum quod ad revocationem Teſtamenti, expreſſa declaratio Teſtatoris requiratur, nec tacita ſufficiat.* §. *Ex eo autem ſolo. 7. Inſtitut. quibus modis Teſtament. infirm.* & *l. ſancimus. 27. Cod. de Teſtament.*

68. Et licet quis apud Acta teſtari in ſignificatione latiori dicatur, dum
coram Judicio ultimam Voluntatem Judici, vel palam exponit, vel etiam
Scripto involutam offert, & ad Acta referri petit, Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. qui Teſtament. facere poſſunt, theſ. 10.* Donell. *Enucleat. lib. 6. cap. 6.*
69. *lit. E.* Notandum tamen (1.) multum intereſſe Donationem, vel Teſtamentum apud Acta fieri, & aliàs factum Actis inſinuari; Hoc non ſufficit ad id, ut propriè coram Actis factum dicatur, ad quod requiritur, ut ibidem expediatur & legatur, Mev. *part. 6. deciſ. 333. num. 5.* Naſſau-Catzenelnbogiſche Land-Ordnung *dict. part. 3. cap. 2. §. 7. in verb.* Nach dieſem ſoll man ihme alßdann dasjenige / was er hat aufſchreiben laſſen / vorleſen / und darauf befragen / ob diß alſo ſein endlicher letzter Will / und ob derſelbige recht ſey *conſigni*ret und aufgeſchrieben worden ꝛc. & §. *10. in verb.* Nachdem dann der Krancke ihnen alles dasjenige / ſo er nach ſeinem Tod gehalten haben will / wird vermeldt und angezeigt haben: So ſollen ſie ihme durch der Schreiber einen obgedacht alſobald alle *Puncten*, ſo er aus ſeinem Mund aufgeſchrieben / vorleſen / und darauf befragen / ob diß alſo ſein endlicher / letzter und freyer Will / und alles recht und wohl wäre beſchrieben und aufgezeichnet worden.

70. Formulam Teſtamenti coram Actis faciendi, vid. in der Naſſau-Catzenelnbogiſchen Land-Ordnung *dict. cap. 2. §. 5. 6. 7. & 8. in fin. 9. 10. & 11.*
71. modum verò Teſtamenti facti, Actis inſinuandi & offerendi, vid. apud Cujac. *lib. 4. Sentent. Pauli tit. 6. §. 1.* Gothofred. *in l. 23. Cod. de Teſtament.* in der Naſſau-Catzenelnbogiſchen Land-Ordnung *eod. cap. 2. §. 1. 2. 3. 4. & 8. in princ.*

Notan-

Notandum (2.) Inſcriptionem in Librum publicum non mutare 72.
naturam, aut conditionem Actus, nec quicquam ſuperaddere, præter
id, quod ejus eſt ex Jure, Mev. *part. 6. deciſ. 334. num. 3.* Quocirca, cum 73.
mortis cauſa donatio facta, & Libro publico inſcripta non eò minus
revocabilis eſt, Mev. *dict. deciſ. 334. num. 4.* juxta naturalem ejus condi-
tionem: Eſt enim ſpecies ultimæ Voluntatis, & quomodo non minus 74.
illa ambulatoria eſt ad mortem, ſi coram Actis facta, atque ſi ſine Actis
diſponitur, ita & donatio mortis cauſa perinde mutatur, Mev. *dict. de-
ciſ. 334. num. 5.* Malè ergò revocationi opponitur inſcriptio, quæ Actum 75.
relinquit in ſuo ſtatu, & ſaltem fidem ei conciliat, ſed ita qualis eſt,
Mev. *ſequ. num. 6.* Valet ex Actis Actus, uti Actis inſeritur; eâ quippe 76.
mente accipitur, & fidem accipit, Mev. *part. 7. deciſ. 178. num. 6.* Falſa ex 77.
Actis nec fidem nec robur accipiunt, nam nec Acta veritatem immu-
tant, *l. 2. Cod. plus valere quod agitur.* Mev. *dicto loco.* Actum in ſe nullum 78.
non convalidat fides Auctorum, Mev. *part. 6. deciſ. 334. num. 2.* & *ad Jus
Lubecenſ. part. 4. tit. 9. artic. 5.*

(3.) Ineptam & futilem eſſe exceptionem, quod Conventio co- 79.
ram Judice inita non ſit in Scripturam redacta & ſubſcripta, ſufficit enim
factam eſſe coram Actis, Mev. *part. 2. deciſ. 207. num. 1.* Richter. *part. 1. de-
ciſ. 30. num. 16. & 17.* (quæ rem liquidam & notoriam faciunt, *cap. ult. X.* 80.
de Cohab. Cler.) & in Protocollo Judiciali à Notario Judicii ſcriptam eſſe,
Mev. *dict. deciſ. 207. num. 2.* Talis enim Scriptura Perſonæ publicæ in Actis 81.
reperta plenam vim & fidem habet, *l. ne in arbitris. 4. §. 1. verb. vel per
publicas perſonas, ſcripſerint &c. Cod. de recept. arbitr. l. is, apud quem. 2. Cod. de
edendo. l. ult. Cod. de re judicat.* Mev. *dict. deciſ. 207. num. 3.* & paratam Execu-
tionem, Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 66. per tot.* Coler. *de Pro-
ceſſ. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 23.* Mev. *dict. deciſ. 207. num. 4.*

Ad Jurisdictionem contentioſam ſpectant Proceſſus Juris, Styp- 82.
mann. *dict. cap. 5. num. 12.* ubi Magiſtratus duarum Partium litigantium
Jura perpendit, & causâ cognitâ Jus dicit, Struv. *in Syntagm. Jur. Civil.
exercitat. 4. theſ. 70.* Et ita Acta hoc loco propriè accipiuntur, pro iis, 83.
quæ apud Judicem ſuper re litigioſa fiunt in Judicio, *l. 22. ff. de auctoritat.
& conſenſ. Tutor. & Curator. l. ult. Cod. de uſur. pupillar.* Atque vocantur ſim- 84.
pliciter Acta per eminentiam, *in l. 1. Cod. de ſatisdand.* vel Acta Judicii,
Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 16. definit. 25. num. 2.* Acta Judi-
cialia, Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 12. num. 1.*
Stypmann. *dict. cap. 5. num. 41.* Geſta Judiciaria, geſta apud Judicem in
Judicio, *l. 24. & l. 32. §. 2. de appellation. l. ult. Cod. de re judicat.* Mejer. *in Col-
leg. Argentorat. dict. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 3. & dict. theſ. 12.* Stypmann.

dict.

dicto loco. Geſtorum teſtificatio, *dict. l. 1. Cod. de ſatisdand.* Germanicè Ge=
richts = Handlungen / *Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 25. in princ.* Naſſau-
Catzenelnbogiſche Gerichts = Ordnung *cap. 2. pag. 42. num. 60.* Gerichts=Hän-
del / *Concept. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 34. princ. & §. 1.* vulgò dicuntur Gericht-
liche Acten, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 42.* Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 63. num. 12.*
item ſimpliciter Acten, Naſſau = Catzenelnbogiſche Gerichts = Ordnung
dict. cap. 2. pag. 4. num. 1. pag. 35. num. 31. & pag. 42. num. 61. Blum. *dicto loco.*
85. Hæc Acta definit Maranta *in Specul. Aur. part. 6. tit. de Actor. Edition.*
num. 1. quod ſint omnes Scripturæ in Judicio factæ coram Judice, &
ſcriptæ manu Officialis ſcilicet Tabellionis ad hoc deputati, eumque ſe-
cutus Wilhelm. Durfeld. *inter Vota Cameralia Klockii Relat. 3. num. 7.* quod
dicantur omnes Scripturæ Curiæ, ſeu Judicii factæ coram Judice, vel
eo mandante conſcriptæ, ſive regiſtratæ manu Officialis, ſcilicet Tabel-
lionis ad hoc deputati Partibus præſentibus, ordinem negotiorum, mo-
dum & figuram continentes; & Gregor. Biccius *in Reb. quotidian. ſive Au-
reis Juris Civilis Juſtinian. ſect. 5. theſ. 133.* ubi ſcribit, quod Acta dicuntur
omnes Scripturæ in Judicio factæ coram Judice, ſcriptæ manu Tabellionis.
86. Sed quia illa deſcriptio Actus etiam voluntariæ Jurisdictionis, in
quibus non fertur Sententia, comprehendit, & publicis quoque conve-
nit, tanquam nimis latam rejicit, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 15.* & putat
87. *ſequ. num. 16.* melius definiri, Geſta coram Judice in Judicio à litiganti-
88. bus, & à Scriba conſignata: atque *ſubſequ. num. 17.* notat, hactenus Ma-
rantam rectè poſuiſſe, quod ad Acta tria requirantur, nempe Judicium,
Perſona Judicis, & Tabellionis: illud verò malè omiſiſſe, quod ſuper
lite & controverſia talia Acta conſignentur.
89. Acta Judicialia (I.) dividuntur in Civilia & Criminalia, *l. 2. Cod. de
edendo.*
90. (II.) Alia ſunt Acta Judicii, ſeu Proceſſus, Stypmann. *dict. cap. 5.*
91. *num. 66. & 67.* David Döring. *in Bibliothec. JCtor. voce Acta, num. 15.* quæ re-
ſpiciunt Judicium, Cardinal. Tuſch. *Practicar. Concluſion. tom. 1. lit. A. con-
cluſ. 86. num. 5. & concluſ. 87. num. 3.* Litis ordinationem, David Döring.
dict. loc. num. 16. Seu Judiciorum ſolennitatem, ordinem atque modum
agendi, Marant. *dict. tit. de Actor. edition. num. 12.* Stypmann. *dict. num. 67.*
92. ac dicuntur Acta Judicii per excellentiam, Tuſch. *dict. concluſ. 86. num. 5.*
Stypmann. *dict. num. 66.* vel de Actis Judicii, Tuſch. *dict. concluſ. 87. num. 3.*
93. Alia verò Acta Cauſæ, ſeu Litis, vel de Actis Cauſæ, ſeu Litis, Tuſch.
ibid. & Stypmann. *dict. loc.* quæ ad litis deciſionem tendunt, David Dö-
ring. *dict. num. 16.* & reſpiciunt factum, Tuſch. *dict. loc.* pro victoriâ cauſæ
obtinendâ, Marant. *dict. num. 12.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 80.*

Acta

Acta Judicii, quæ & aſſertoria vocantur ab Oldendorp. *de cop. ver-* 94.
bor. pag. 77. David Döring. *dict. num. 15.* in genere deſcribuntur *in cap. quo-
niam. 11. X. de probation.* quod contineant Citationes, Dilationes, Recuſa- 95.
tiones, Exceptiones, Poſitiones, Reſponſiones, Interrogationes, Con-
feſſiones, Teſtium Depoſitiones, Inſtrumentorum Productiones, In-
terlocutiones, Appellationes, Renunciationes, Concluſiones &c. quæ
ordine ſuo facta fuerunt, cum deſignatione loci, temporum & perſo-
narum, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 69.* Richter. *part. 3. deciſ. 113. num. 4. & 6.*
atque *deciſ. 127.* ubi *dict. cap. quoniam. 11.* latius explicat. Speidel. *lit. G. voce*
Gerichts-*Acta, num. 70.* quibus, quoad ordinarium Judicium, adde Li- 96.
bellum, ſeu potius Oblationem Libelli, Litis conteſtationem, Juramen-
tum Calumniæ, Cardinal. Tuſch. *dict. concluſ. 86. num. 5. & concluſ. 87. num. 3.*
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 43. & 45.* ſatisdationem, Tuſch.
dict. concluſ. 86. num. 4. Richter. *dict. deciſ. 113. num. 28.* uno verbo, quæ de- 97.
ſcriptionem Ordinis Judiciarii, & Themata Proceſſus habent, Stypmann.
dict. cap. 5. num. 69. Cum enim non ſufficiat Judicium eſſe, niſi omnia
ordine procedant, &, ſi tumultuariè agatur, Judex facilè in errorem
incidere poſſit; ideò olim certæ Formulæ & partes Judicii, quæ à Ci-
tatione incipiebant, uſque ad Sententiam, erant inventæ, de quibus
in l. 2. ff. de origine Juris &c. Stypmann. *dict. cap. 5. num. 70. & 71.* Iſtis poſtea 98.
antiquatis, nihilòminus manſit certus ordo procedendi, *tot. tit. Cod. de
formul. & impetration. action. ſublat.* ibique *in Commentar.* Wiſſenbach. & Brun-
nemann. contra Perez. *ad eund. tit. num. 2. verſ. Unde factum eſt, ut hodie ſine
arte litigetur, confuſè, & multis adhibitis calumniis &c.* & adſcribitur ille Ordo, 99.
maximè diſpoſitioni Juris Canonici, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 72. 73. 74.
& 76.* ubi tradit ad hunc ordinem melius obtinendum, Procuratoribus, 100.
durch Gemeine Beſcheide / injungi poſſe, ut rubricent Producta.
Citatio eſt principium, baſis & fundamentum Judicii, Gail. *lib. 1.* 101.
obſervat. 48. num. 1. & obſervat. 74. num. 1. Weſenbec. *in Paratitl. ad ff. tit. de in
Jus vocando. num. 13.* Richter. *part. 3. dict. deciſ. 113. num. 41. & 43.* per *cap. gra-
tum. 20. X. de offic. delegat. §. omnium. 1. Inſtitut. de pœn. temerè litigant.* Econtra 102.
Citationem ad Acta non referri, aſſerit Alexander *ad Bartol. in l. in frau-
dem. 45. §. neque Inſtrumenta. 5. ff. de Jure Fiſci*, cum ante Litis conteſtationem 103.
peracta, ſaltem præparatoria, non Acta dicantur, Speidel. *lit. G. verb.*
Gerichts=*Acta, num. 79.* vid. quoque Cardinal. Tuſch. *dict. concluſ. 87. num. 11.*
ubi poſt Jaſon. ſcribit, quod, licet Citationes ſint de Actis regulariter, 104.
tamen prima Citatio, Oblatio Libelli, & alia, quæ fiunt, tanquam præ-
paratoria litis, non ſint de Actis, vel de Proceſſu, & quamvis Judicium
vel Proceſſus incipiat à Citatione, non tamen intelligatur de prima,

David

105. David Dôring. dict. verb. Acta Judicii. num. 45. & 46. Sed reſpondetur, ſi
vocabulum Litis & Judicii latiſſimè accipiatur, pro toto tractu, & morâ
litis & Judicii, Citatio prima eſt initium Judicii, & litis, §. fin. Inſtitut. de
106. pœn. temerè litigant. ſi verò ſtrictius ſumatur, initium illius eſt Litis con-
teſtatio, l. unic. Cod. de lit. conteſtat. l. 15. ff. rem ratam haberi. Henr. Hahn.
in Obſervat. ad Weſenbec. tit. de in Jus vocand. num. 13. ad verb. Initium litis eſt Cita-
tio. Aliter reſpondet Stypmann. dict. cap. 5. num. 60. & 61. & quidem hoc
107. modo: Falſa eſt aſſertio Bald. & Alexand. in addit. ad Bartol. in l. 45. §. 5. de Jure
Fiſci, ubi dicit, omnem Scripturam, quæ fit coram Judice, dici de Actis, exceptis iis,
quæ fiunt ante Litis conteſtationem, ut Citatio, quia illa dicitur præparatoria ad Acta.
Nam olim quidem id verum erat, cum Judicium incipiebat à Litis conteſtatione, hodie
ſecus eſt, quo dicitur inchoari, cum primum pro Proceſſibus ſupplicatur.
108. Hoc tempore Acta incipiunt à Supplicatione pro Proceſſibus, vid.
Fibig. Proceſſ. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 2. ad quam Judex Citationem &
alia emittit, & uſque ad concluſionem cauſæ procedit, Vultej. Jurisprud.
109. Roman. cap. 27. Ummius ad Proceſſ. diſputat. 3. theſ. 1. & hoc eſt, quod Gai-
lius dicit, Acta Judicio cœpto, lib. 1. obſervat. 93. num. 7. Stypmann. dict.
cap. 5. num. 75.
110. Citationum ratione hic notandum, quod cautus eſſe debeat No-
tarius, vel Actuarius Judicii, ut requiſita legitimæ Citationis probè ob-
ſervet, & inter alia Mandatum Judicis, Inſinuationem Citationis, &
Relationem Nuncii conſignet, Richter. dict. deciſ. 113. num. 46. Naſſau-
Catzenelnbogiſche Gerichts-Ordnung cap. 2. §. 1. verſ. Und anfangs zwar ꝛc.
111. Si enim de Inſinuatione & Relatione Nuncii non conſtet, & Citatus
112. emaneat, non poteſt contra eum procedi in contumaciam. Tollitur
& circumducitur Citatio, ſi defectus aliquis ſit in forma, vel ex Perſona
Judicis, vel propter non legitimè factam Citationem, ejusque Inſinua-
tionem, Richter. dict. deciſ. 113. num. 48.
113. Econtra verò Citatio invalida efficitur valida per Comparitionem,
114. Mynſing. centur. 2. obſervat. 18. & Citatio nulla, fit per Comparitionem
legitima, Cravet. conſil. 201. num. 31. Richter. dict. loc.
115. Quæritur: an Sententia definitiva etiam veniat nomine Actorum?
Affirm. Bartol. in l. 2. Cod. de edendo. Alexand. in l. 46. ff. de re judicat. Ab-
bas. in dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. Felin. in cap. cauſam. X. de teſtibus.
Cardinal. Tuſch. dict. concluſ. 86. num. 1. Paul. Chriſtinæ. volum. 1. dict. Deciſ. Cur.
116. Belg. 254. num. 12. Stypmann. dict. cap. 5. num. 78. putat, diſtinguendum
eſſe, inter primam Inſtantiam & ſecundam; In prima Inſtantia nomine
Actorum non venire Sententiam, eò quod de illa parte non agant, &
amplius non ſit lis, ſed finis. In ſecunda verò, cum impugnetur, l. 1. ff.
de

de appellation. & deſuper de novo lis conteſtetur, & alia Sententia exſpe-
ctatur, atque ab ea incipiat Judicium non benè negari de Actis eſſe.
Acta Cauſæ, ſeu Litis, quæ Acta Probatoria nominantur ab Ol- 117.
dendorp. de cop. verbor. pag. 77. David Döring. dict. num. 15. ſunt Atteſta- 118.
tiones, Confeſſiones, Scripturæ ſive Inſtrumenta, Allegationes Juris, &
aliæ Probationes, Gloſſ. in Clementin. Sæpe. verb. deciſion. Abbas in cap. cauſam.
X. de teſtibus. Cardinal. Tuſch. tom. 1. dict. concluſ. 86. num. 4. 161. Acta cauſæ
dicuntur; Confeſſiones, & Teſtes. item Probationes dicuntur Acta litis vel cauſæ. & n. 5.
ibi: Quia Acta Probatoria dicuntur, non dicuntur Acta Judicii, ſed Acta Cauſæ. &
concluſ. 87. ibi: Vel probationem. Marant. in Specul. Aur. part. 6. dict. tit. de Actor.
edition. num. 13. Stypmann. dict. cap. 5. num. 80. David Döring. dict. voce Acta.
num. 16.
Inſtrumentum productum non eſſe de Actis, ſed debere Regiſtra- 119.
tione factâ fieri de Actis, imò etiam factâ Regiſtratione, cum reddi
parti debeat, non eſſe de Actis, ſcribit poſt Anchoran. conſil. 173. Cardi-
nal. Tuſch. dict. concluſ. 87. num. 4. 6. & 7. ubi hoc duobus modis reſtringit
David Döring. dict. verb. Acta Judicii. num. 45. Contrarium, & quod Inſtru- 120.
menta ſint de Actis, & ſemel producta ſint effecta communia, ut utra-
que Pars poſſet iis uti, ſicuti idem dicitur de Teſtibus productis, ſtatuit
Roman. conſil. 433. Quoad primum. num. 10. verſ. quoad ultimum. & Marant. dict.
tit. de Actor. edition. num. 2. & 3.
Nec quicquam facit, quod Inſtrumentum productum, ceu Tuſch.
dict. num. 4. tradit, reddi parti debeat. Nam aut Inſtrumentum exhibi- 121.
tum eſt ſpeciale ad cauſam illam pendentem in Judicio, & Parti petenti
non debet reſtitui, quia Originalia debent penes Judicem remanere, 122.
per text. in dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. ne ſcilicet falſum fabricari
poſſit. Aut eſt generale Inſtrumentum ad alias cauſas, & tunc debet 123.
Originale reſtitui, Copiâ apud Acta, & penes Judicem remanente, ut
eo in aliis caſibus uti poſſit, poſt Speculat. Gail. lib. 1. obſervat. 134. num. 23.
quæ Copia debet per Scribam, vel per Notarium Judicii Exemplari, 124.
hoc eſt cum Originali conferri, an per omnia cum eo concordet, de
quo fidem facere debet ſuâ ſubſcriptione, & atteſtatione; eo facto, Co-
pia perinde probat, atque ipſum Originale, Gail. dict. obſervat. 134. num. 24.
Per Allegationes in Actis Cauſæ vel Litis intelliguntur Diſputationes 125.
Partium, quando ſuper facto, vel Jure Judicem inſtruunt, l. 75. ff. de
Judiciis. verb. allegent. Stypmann. dict. cap. 5. num. 81. Hoc ſolent dicere Me- 126.
rita Cauſæ deducere, quando ſcilicet Partes propoſita ductis argu-
mentis in facto vera, & Juri convenientia demonſtrant, Stypmann.
ſeq. num. 82.

127. Incipit plerumque facere allegationem, cui primum onus proban-
di incumbit, quod ordinariò eſt Actoris, §. *4. Inſtitut. de Legatis.* cujus
128. aſſertum, ſi Reus fatetur, ſed exceptione obvenit, fieri poteſt, ut ipſe
129. primò alleget, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 83. & 84.* Allegationes verò hæ
circa factum propriè verſantur: nam plerumque illis id agitur, ut Pro-
bationes factæ ab Actore in Judicio deducantur, & vocantur, eine Pro-
130. bation-Schrifft/ Stypmann. *ſeqq. num. 85. & 86.* Et econtrà, ſi Reus im-
pugnat Probationes, prætendendo Teſtium, & Inſtrumentorum vitia,
131. dicitur eine Exception-oder Eliſiv-Schrifft/Stypmann. *num. 87.* Si verò
uterque Actor & Reus præter Factum etiam Jura pro illius confirma-
tione, & meliore Judicis informatione alleget, tunc Actoris Scriptum
vocari poteſt, Deductio Juris & Facti: item in Jure & Facto fundirte
132. oder gegründete Deduction-Schrifft: Rei verò Productum Gegen-De-
duction-Refutation-oder Widerlegungs-Schrifft/ Stypmann. *dict.
loc.*

133. Licitum quidem, imò & neceſſarium eſt, Factum, benè deducere,
134. Stypmann. *dict. cap. 5. num. 88. & ſeqq.* non verò & Jura allegare, neque
heterogenea Facto immiſcere, *Receſſ. Imper. de Anno 1654.* §. Zu dermali-
ger ꝛc. *96. in verb.* Alſo durchgehends blößlich in Erzehlung des *Facti* und
der Geſchicht aufhalten/ die *Diſputationes* und *Allegationes Juris* aber/ welche
mehrentheils nur die Sachen zu verwirren und ſchwerer zu machen pflegen/
alſo auch *in Facto* ſelbſten dasjenige/ was nicht zur Sachen dienlich/ nicht
135. einmiſchen ꝛc. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 22. & 23.* Nec tamen il-
lud omninò interdicendum, teſte Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 1. con-
136. ſtitut. 1. definit. 4. num. 4.* At ubi Advocati Jus ſuperaddunt, magnâ Le-
gum copiâ, & prolixâ, Doctorum allegatione, quâ ſæpè ſuam ſtolidi-
tatem, & ſi retrò leguntur, falſitatem oſtendunt, maximè abſtinere de-
137. bent, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 89.* Ad quid enim conducit accumu-
latio Allegationum, quæ non modò nauſeam facit Judici Acta perle-
genti, ſed & Proceſſum protrahit, ſtultitiamque Advocati prodit,
138. Carpzov. *dict. definit. 4. num. 5.* Informare velle Judicem in Jure, & de-
monſtrare ex Corpore Juris, Gloſſâ, aut Interpretibus, quid de lite ſit
judicandum, æquè ridiculum, ac inconveniens eſt, non ſecus, ac ſi
ægrotus Medico curam præſcribere vellet ex Galeno, Hippocrate, &
aliis, Carpzov. *dict. definit. 4. num. 6.* Franciſc. Frider. ab Andler *in Juris-
139. prud. qua publ. qua privat. lib. 2. tit. 1. part. 2. de Judiciis, num. 77.* Unde natum
eſt Curiæ Pariſienſis ad Advocatos ſeſe invicem de Jure fatigantes,
dicterium: *Venite ad Factum, Curia ſcit Jura,* Stypmann. *dict. cap. 5. num.
105.*

Per-

Permiſſum eſt, unam vel alteram Legem, quæ caſum decidat, aut 140.
unum vel alterum Autorem in terminis, ut loquuntur terminantibus
allegare, *l. ſi quis obrepſerit. 29. ff. de Leg. Cornel. de falſis.* Stypmann. *dict. cap.
5. num. 90.* Carpzov. *dict. definit. 4. num. 5.* ab Andler *dict. loc.* & quidem 141.
ad marginem, *Receſſ. Imper. de Anno 1654. dict.* §. Zu dermaliger ꝛc. *96. in
verb.* Jedoch *ad marginem* einen oder mehr *Textus Juris,* oder bewährte *Scri-
benten,* welche *in terminis terminantibus* von den Sachen ſchreiben/ zu *allegi-
ren* ꝛc. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 23.* ubi ſcribit: quod marginalis 142.
illa allegatio, non ſemper, præſertim ab extraneis Advocatis obſerve-
tur, ſed hi plerumque Textus Juris, & allegatos Doctores contextu in-
ſerere aſſoleant. Vel etiam appoſitum præjudicium apportare, Styp-
mann. *dict. loc.* Vulgares verò Juris Regulas, ſeu Brocardica generalia, 143.
& Canones Logicos operoſa oſtentatione adſtruere velle, ſuperfluum
eſt, & hominum tempore abutentium, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 92.*
Carpzov. *dict. definit. 4. num. 4.*

Cavere quoque debet Advocatus, ne Leges correctas pro deciſio- 144.
ne alleget, aut falſas cauſas adducat in allegationibus. Utroque enim
caſu falſi tenetur, ſi dolo facit, *l. 75. ff. de Judiciis.* Stypmann. *dict. cap. 5.
num. 92. & 93.* Allegationes Juris non eſſe partem Actorum, docet Marta
Neapolitanus *in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 5.*

Poſtquam factæ ſunt Probationes, exhibitæ Allegationes, atque 145.
Diſputationes, ac ab utraque parte factæ plurium Deductionum Re-
nunciationes, & Submiſſiones, ad proferendam Sententiam concluſio
ita fieri ſolet: In Sachen *N. contra N.* ſagt *Actor vel Reus* wider des Gegen-
theils Handlung/ gemeine Rede/ erholet ſeine *Exceptiones,* und ſtellet es
nunmehr zur Rechtlichen Erkänntnuß; vel ita: Mit Wiederholung aller
Exceptionen, Behelffs/ und vorigen Einbringens/ will er nunmehr zu ei-
nem gedeylichen Urtheil *ſubmittirt* und geſchloſſen haben/ Richter. *part. 3.
deciſ. 126. num. 2.*

Alii faciunt diviſionem Actorum trimembrem, dicentes, quod 146.
quædam ad litis ordinationem ſpectent, ut Oblatio Libelli, Litis con-
teſtatio, Satisdatio, & ſimilia: Quædam ad veritatis indagationem re-
ſpiciant, ut Teſtes, & Confeſſiones, quædam verò ad litis deciſionem
tendant ut Sententiæ definitivæ, Marant. *in Specul. Aur. part. 6. dict. tit. de
Actor. edition. num. 14.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 16.* Jure Ca- 147.
merali, nomen *Acta* duplici modo accipitur: [1.] Latè, quatenus etiam
ſua Protocolla comprehendit. Hoc modo ſumta Acta dicuntur, Literæ 148.
continentes ea, quæ in unaquaque cauſa durante Judicio geſta, & per-
acta ſunt, ſive id factum in Scriptis, ſive oretenus, Blum. *Proceſſ. Cam.*

dict.

dict. tit. 63. num. 13. Was aus dem Mund in die Feder *dict*iret und verſetzet/
oder ſonſten in Schrifften Gerichtlich einbracht wird / Beſold. *Theſaur.*
149. *Pract. lit. G. num. 40. in Addition.* Germanicè Gerichts-Handlung/ Gerichts-
Händel/ vulgò vocantur Gerichtliche Acten, item ſimpliciter, Acten,
150. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 12.* [2.] Strictè, quatenus Protocollo,
de quo paulò inferius opponitur, Blum. *dicto loco.* Et hoc modo ſumta
Acta dicuntur omne id, quicquid in Scriptis in unaquaque cauſa eſt ex-
hibitum. Cum verò, non omnia, quæ in Judicio Camerali geruntur,
fiant in Scriptis, ſed quædam etiam oretenus proferantur, & oretenus
151. prolata Scripturæ mandentur, hæc conjunctim ſumta vocantur Acta,
& dividuntur in Protocollum, & Acta ſtrictè dicta, Blum. *ſeq. num. 13.*
152. Acta ſtrictè dicta ſubdiſtinguuntur in Scripta & Adjuncta, *Concept. Ordi-*
153. *nat. Cam. part. 3. tit. 49. num. 10.* Blum. *dict. tit. 63. num. 15.* Scripta vocantur
aliàs etiam Producta, Producten, Schrifften / Handlungen / Schrifftliche
154. Handlungen/ Blum. *dict. num. 15.* & ſunt Literæ, in quibus deducitur
cauſæ, ſeu ejus alicujus puncti controverſia, Blum. *dict. loc.* Ejusmodi
Scriptorum præcipua nomina ſunt, Libellus, Exceptio, Replicæ, & Du-
155. plicæ, Blum. *ibid.* De Libello vid. Weſenbec. *in Paratitl. ad ff. tit. de edendo.*
num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ibique *in Obſervat. Hahn.* Mejer. *in Colleg. Argentorat.*
tom. 1. tit. de edendo. theſ. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. Carpzov. *Proceſſ. Jur.*
tit. 6. artic. 1. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 5.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ.*
Judiciar. cap. 9. & *cap. 17.* Fibig. *Proceſſ. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 8. & 161. in Ob-*
ſervation. Suendendörffer. Roding. *in Pandect. Cam. lib. 3. tit. 29.* Schwanmann.
lib. 1. Proceſſ. Cam. cap. 41. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 68.* Naſſau-Catzenelnbogiſche
156. Gerichts-Ordnung *cap. 2. §. 2.* & *pag. 30. num. 1.* De Exceptionibus, *Inſti-*
tut. tit. de Exception. ibique *in Commentar.* Joh. Schneidewin. & Joachim.
157. Mynſinger. & quidem Dilatoriis, Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 7.* Ni-
colai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 3. num. 49. 50. 81. 82. & 83.* & *cap. 16. per tot.*
Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 69.* Naſſau-Catzenelnbogiſche Gerichts-Ordnung
158. *dict. cap. 2. §. 3. num. 1. pag. 6. & 7.* De Peremptoriis, vid. Brunnemann. *Pro-*
ceſſ. Civil. cap. 1. per tot. Nicolai *dict. cap. 3. num. 1. 5. & 31.* Blum. *dict. tit. 69.*
159. Naſſau-Catzenelnbogiſche Gerichts-Ordnung *dict. §. 3. num. 2.* De Repli-
cis, vid. *Inſtitut. tit. de Replicat. §. 2.* ibique *in Commentar.* Schneidewin. &
Harprecht. Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 3. tit. de Exception. Præſcription. &*
160. *Præjudic. theſ. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.* ubi docet, in quibus punctis Replicæ
in Camera Imperiali non admittantur, *& ſeqq.* Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit.*
161. *63. num. 17.* Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 27. num. 1. 2. & 4.* De Duplicis,
vid. *§. 1. Inſtitut. tit. de Replication.* ibique *in Commentar.* Mynſing. & Har-
precht. Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. tit. de Exception. theſ. 27.* ubi tradit,
quibus

quibus in punctis in Camera non duplicetur, Blum. *dict. tit. 63.* 162.
num. 18.

Et quanquam illis Scriptis pro diverſitate Factorum, diverſæ ac 163.
variæ Rubricæ ab Advocatis ſoleant affingi, v. gr. Anzeig / Gegen-An-
zeig/ Ableinung/ Gegen-Ableinung/ Verantwortung / Hintertreibung/
Gegen-Handlung / Gegen-Beſchluß / Endlich-Beſchluß ꝛc. *Deputations-*
Receß de Anno 1600. §. Alldieweil ꝛc. *81.* item: Schrifft-an ſtatt Mündli-
chen Vortrags oder *Receß, Submiſſions* - Gegen - *Submiſſions - Receß,* Blum.
Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 16. In Camera tamen Scripta, poſt Exceptio- 164.
nes exhibenda ſub nulla alia Intitulatura, quàm Replicarum, aut Du-
plicarum, non attento, quocunque etiam modo ab Advocatis inſcri-
pta ſint, produci debent, *Concept. Ordinat. Cam. part. 3. tit. 49. §. 12.* Blum.
dict. tit. 63. num. 16. quò confeſtim tam Pars adverſa, quàm Judex animad-
vertere queant, utrum Scriptum exhibitum numerum Ordinationis
Cameralis tranſcendat, nec ne, *Concept. Ordinat. Cam. dict. §. 12.* Blum.
dicto loco. De numero Scriptorum juxta Ordinationem Cameræ exhi- 165.
bendorum, vid. Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. tit. de Exception. Præſcription.*
& Præjudic. theſ. 28. & 31. Hodie in nulla cauſa, ejusque puncto ultra Du- 166.
plicas ſine ſpeciali permiſſu Judicis progredi licet, *Receſſ. Imper. de Anno*
1654. §. Im übrigen ꝛc. *52. princ.* & §. Wie auch ꝛc. *55.* Blum. *Proceſſ. Cam.*
dict. tit. 63. num. 17. 18. & 19. atque *tit. 76.* Cum hoc convenit Jus Provin-
ciale Naſſovicum, in der Naſſau-Catzenelnbogiſchen Gerichts-Ordnung
cap. 2. §. 3. pag. 7. num. 3. verſ. Aber keinem Theil weitere Schrifften einzu-
bringen zugelaſſen werden ꝛc.

Adjuncta, die Beylagen / ſunt Literæ in Scriptis exhibitis allegatæ, 167.
eisdemque appoſitæ, uti ſunt Documenta Probatoria, aliaque Inſtru-
menta, Miſſivæ, Mandata Procuratoria, Blum. *dict. tit. 63. num. 34. &*
ſeqq.

Ad Confectionem Actorum, & eorum validitatem requiruntur 168.
duæ Perſonæ, Judex ſcilicet & Notarius, vel Scriba Judicii, Paul. Chri-
ſtinæ. *volum. 1. Deciſ. Cur. Belg. 254. num. 2.* Dav. Döring. *in Bibliothec. JCtor.*
verb. Acta Judicii. num. 18. Mev. *part. 5. deciſ. 74. num. 4.*

Acta Judicialia actitantur, & fiunt apud Judicem, & Magiſtratum, 169.
l. 22. ff. de auctoritat. & conſenſ. Tutor. & Curator. l. 7. §. ult. ff. decurion. dict. l. 2. Cod.
de edend. l. ult. Cod. de aliment. pupill. præſtand. l. 6. Cod. de petition. hæreditat.
l. ult. Cod. de uſur. pupillar. l. 3. Cod. de fide Inſtrumentor. l. 12. Cod. de pact. Ma-
rant. *in Specul. Aur. tit. de Actor. edition. num. 18.* etiamſi Municipalis ſit. Nam 170.
& hic Actorum conficiendorum habet poteſtatem, *l. ult. Cod. de Magiſtrat.*
Municipal. Stypmann. *dict. cap. 5. num. 19.*

Judicis

171. Judicis eſt curare, ut Acta diligenter conſcribantur, & conſignen-
172. tur: Conſignatio autem ſive annotatio illa fieri debet per perſonam
publicam à Judice adhibitam, dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. Richter.
part. 3. dict. deciſ. 13. num. 4. 13. 20. & 38. ſcilicet Notarium, Richter. dict.
num. 20. & deciſ. 127. num. 28. Dav. Döring. dict. verb. Acta Judicii. num. 32. &
173. 144. vel Actuarium à Judice ad officium deputatum, Cardinal. Tuſch.
Practicar. Concluſion. tom. 1. lit. A. concluſ. 88. Marant. dict. tit. de Actor. edition.
174. num. 21. Stypmann. dict. cap. 5. num. 24. 25. & 26. vel, ubi ejusmodi perſona
publica non habetur, per alios duos Viros idoneos, dict. cap. quoniam. 11.
& Richter. dict. loc. honeſtos & bonæ famæ, Dav. Döring. dict. verb. Acta
Judicii. num. 33. authoritate Judicis electos, David Döring. num. 35. qui
175. tamen non poſſunt alii penitus extraneo hoc committere, David Dö-
ring. dict. num. 35.
176. Hodie in Judiciis ſpecialiter conſtitui, & adhiberi ſolent certi Actua-
rii, Secretarii, Scribæ Judicii, Gerichtshaltere / Gerichts-Secretarii, Ge-
richts-Schreiber ꝛc. Richter. dict. deciſ. 113. num. 30. & dict. deciſ. 127. num. 25.
177. Vocantur quoque Tabelliones & Notarii, l. 11. Cod. qui potior. in pignor.
cap. 11. §. Notarium. de Reſcript. in 6to. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de
Judic. theſ. 108. Lectores, & Regiſtratores, Stypmann. dict. cap. 5. num. 30.
Exceptores, l. fin. §. 2. Cod. de Caſtrenſi. lib. 12. tit. 16. Novell. 82. cap. 7. l. 12. §. 1.
de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. tit. 19. De Actuario, vid. latiſſimè David
Döring. lit. A. verb. Actuarius. à num. 1. uſque ad num. 67. incluſivè.
178. Non ſufficere, ut Judex aliquem tanquam Actuarium adhibeat,
ſed inſuper etiam requiri, ut is ſit Notarius publicus à Comite Palatino,
vel poteſtatem habente creatus, ſtatuit eum Petr. Gregor. Tholoſan. in
Syntagm. Jur. univerſ. lib. 47. cap. 42. num. 1. & ſeqq. Berlich. part. 1. concluſ. 8.
179. num. 16. Contrarium verò volunt Marant. in dict. tit. de Actor. edition. num.
22. & Stypmann. dict. cap. 5. num. 32. cum ſufficiat ipſum officium à Magi-
ſtratu habere.
180. Notarius, vel Actuarius, Judicio illi cui adhibetur, peculiari Jura-
mento quoque debet eſſe obſtrictus, Berlich. dict. concluſ. 8. num. 18. Et
181. cum ſumma fides requiratur in his perſonis quarum Scripta formam
publicam & authoritatem ſunt habitura, ideò meritò de Perſonis ma-
gis idoneis, multisque exercitiis, doctrinis, & ex periculis probatis huic
officio provideri debet, Berlich. dict. concluſ. 8. num. 19.
182. Actuarius ergò eſt Scriba publicus, qui Acta Judicii conſcribit, &
recitat, dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. cap. Statutum. §. Notarium. 6. de
Reſcript. in 6to. Johan. Emeric. à Rosbach in Prax. Civil. ſive Proceſſ. Judiciar.
183. tit. 8. num. 1. ejusque officium in Judicio adeò neceſſarium eſt, ut ſine
illo

illo hoc nullitate laboret; Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 43. & conſiſtit 184.
potiſſimum in hoc, ut ad Tribunal Judicis Producta, ut vocant, Par-
tium litigantium nomine, vel excipiat, vel deſcribat ad Acta, vel Pro-
ceſſus expediat, & Judicia ordinet, Vultejus in Commentar. ad Inſtitut. de
action. princ. num. 20. Stypmann. dict. cap. 5. num. 31. vel ut dicta actavè Ju-
dicii diligenter, ac bonâ fide excipiat, & conſcribat, videlicet Citatio-
nes, Exceptiones, Poſitiones, Dilationes, Sponſiones, Teſtium De-
poſitiones, Confeſſiones, Inſtrumenta, Productiones, Interlocutio-
nes, Concluſiones, Sententias, Appellationes, & ſimilia, quæ in Ju-
dicio peraguntur, ordine, loco, & tempore fideliter annotet, per l. 3.
& l. 14. §. ult. Cod. de Aſſeſſor. dict. Novell. 44. & Novell. 60. cap. 2. Joh. Emeric.
à Rosbach dict. tit. 8. num. 3. item, ut Proceſſum dirigat, univerſa Judicii
Acta, imò omnia, quæ in Judicio occurrunt, competenti ordine feli-
citer conſcribat loca, tempora, & perſonas conſignet, eaque quæ ſcri-
pta ſunt, in Judicii ſcrinio diligenter aſſervet, quò, ſi ſuper Proceſſu
Judicii dubitatio exiſtat, vel contentio ſuboriatur, ex iis veritas decla-
rari poſſit, dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. Mejer. in Colleg. Argentorat.
tom. 1. dict. tit. de Judic. theſ. 110. Richter. dict. deciſ. 113. num. 40. Vel plenius,
ut univerſa Judicii Acta, ſcilicet Citationes, Executiones, Citationum
Dilationes, Recuſationes, Exceptiones, Reſponſiones, Confeſſiones,
Atteſtata, Inſtrumentorum Productiones, Recognitiones, Interlocu-
tiones, Concluſionem, & Sententiam, aliaque deſignanda, tempora
& perſonas fideliter conſignet, & Originalia conſervet, Berlich. dict.
concluſ. 8. num. 21. & ſeqq. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 2. artic. 4. num. 42. Brun-
nemann. Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 8. David Döring. dict. verb. Acta Judicii.
num. 34. ubi tradit, quod Acta conficiens Scriba, à quibus, coram quo, 185.
quo tempore, & quo in loco conſcripta ſint, explicare debeat, per
dict. cap. quoniam. 11. verſ. loca deſignando, perſonas &c. X. de probation.
Quoniam per Inſpectionem Librorum perfectorum probari poteſt 186.
Negativa, v. gr. hoc non eſſe Legatum ex Teſtamento, hunc non eſſe
Scholarem, non ſolutas eſſe Collectas, hoc non eſſe geſtum in Actis,
Trentacinq. lib. 2. tit. de fide Inſtrumentor. reſolut. 2. Ideò Actuarius, vel Pro- 187.
tonotarius debet omnia, & quidem in præſentia Judicis & Aſſeſſorum,
annotare, fideliter regiſtrare, & ad Acta redigere, ut non tantum, quid
actum, ſed & quid non ſit geſtum, & adeò Negativa probari poſſit,
dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. Sebaſtian. Vant. in tractat. de Nullitat. Pro-
ceſſ. tit. 7. num. 14. Berlich. part. 1. dict. concluſ. 8. num. 24. Brunnemann. Pro-
ceſſ. Civil. dict. cap. 1. num. 81. Richter. dict. deciſ. 127. num. 7. 8. 9. 10. 11. & ſeqq. 188.
ubi latè docet, quomodo Negativa probetur. Nam quod in Actis 189.

ſcri-

ſcriptum non invenitur, nec actum præſumitur, *l. fin. Cod. de jur. & fact.*
ignorant. Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 15.* Berlich. *dict. num. 24. in fine.*
Thom. Merckelbach. apud Klock. *tom. 2. conſil. 68. num. 5.* Dav. Döring.
dict. verb. Acta Judicii. num. 153. & 156. Richter. *dict. deciſ. 127. num. 32. & 33.*
190. Mev. *part. 5. deciſ. 137. num. 4.* neque plus Actis probatur, quàm in iis ex-
191. preſſum eſt, Johan. Gœddeus *volum. 4. Conſil. Marpurg. 52. num. 63.* Idque
maximè in Juramento Teſtium procedit, quod exactum eſſe non cre-
ditur, niſi de illo in depoſitione conſtet, Proſper. Farinac. *in tractat. de*
Teſtibus, quæſt. 74. num. 72. Merckelbach. apud Klock. *dict. conſil. 68. num. 6.*
192. Actis inſerendas quoque eſſe Procurationes, Delegationes, Subdele-
gationes, & ſimilia Inſtrumenta affirmat poſt Dec. *ad dict. l. 2. Cod. de edendo.*
Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 62.*
193. Q. An Retorſionis Scriptum ad Acta recipiendum ſit? Neg. quia
eſt vindicta extrajudicialis, quæ ad Judicem non pertinet, Mev. *part. 5.*
194. *deciſ. 329.* & Brunnemann. *ad l. 25. ff. de Procurator. num. 7.* quippe Jure ſcri-
pto non probatur, Conſuetudine verò tantum per conniventiam tole-
rata, ne injuriatus prolixis, moleſtis, & acerbis litibus implicetur, Brun-
nemann. *dicto loco.*
195. In Criminalibus Actuarius, ſeu Scriba Judicii Reſponſionem &
Confeſſionem Inquiſiti diligenter conſignare, & Actis Judicialibus ap-
ponere jubetur, *Ordinat. Criminal. Caroli V. artic. 185.* Carpzov. *in Pract. Cri-*
196. *minal. part. 3. quæſt. 113. num. 52.* quæ conſignatio taliter fieri debet: (1.) Ut
quantum fieri poteſt, verba ipſa Rei conſignentur, ne forſan ex verbo-
rum transmutatione ſenſus invertatur; (2.) Ne qualitas reſponſioni an-
nexa, aliudve à Reo ad ſui defenſionem prolatum omittatur, ſed ſingula
quæque diligenter & exactè conſcribantur, *dict. artic. 185.* & Carpzov.
dict. quæſt. 113. num. 53.
197. Nihil alienâ, ſed omnia propriâ manu Actuarius conſignabit in
Actis, Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 42. 43. & ſeq.* Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 2.*
198. *dict. artic. 4. num. 48.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 80.* niſi integra
Inſtrumenta Contractus, vel Teſtamenta Actis & Regiſtris publicis ſint
inſerenda, tunc enim propter multiplicitatem negotiorum, Actuarius
ea rectè per Amanuenſem, vel alium Scribam facere poteſt, dummodò
199. initium faciat, & ſubſcribat, Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 47.* Notarius, vel
Actuarius ergò, qui ita cœpit Acta Cauſæ ſcribere, mutari non debet,
Bald. *in l. 2. Cod. quomodo & quando ex Jud. &c.* Marant. *dict. tit. de Actor. edition.*
num. 21. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 29. & 30.* Johan. Emeric.
200. à Rosbach *dict. tit. 8. num. 5.* niſi abſens, vel morbo, aut aliâ ex cauſa
impeditus fuerit, Marant. & David Döring. *citat. loc.*

Quo

Quo caſu alius ſubſtitui debet per Judicem, & non per Notarium, 201.
vel Actuarium impeditum, vel abſentem, Joh. Emeric. à Rosbach, *dict.*
loc. Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 44.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii.*
num. 35. Et, quæ ad Officium Actuarii & Notarii Judicii ſpectant, nec 202.
per Aſſeſſorem aliquem, vel alium Miniſtrum Judicii expediri poſſe, niſi
ſpecialiter ad hoc ſit deputatus à Judice; vid. apud Berlich. *dict. concluſ. 8.*
num. 45. Prædicta adeò extenduntur, ut neque Judex, neque Arbiter 203.
judicare debens, poſſit ſcribere Acta coram ſe geſta absque Notario,
quia Acta ſcribi debeant mandato Judicis, nemo verò ſibi ipſi man-
dare, duplicique officio fungi poſſit, Cardinal. Tuſch. *dict. concluſ. 83.*
num. 5. & 6. Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 48.* etiamſi Judex ſit publicus No- 204.
tarius, Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 49.* quod tamen ita declarant, ut pro- 205.
cedat tantum in caſibus gravioribus, in cauſis verò brevioribus & mo-
dicis, ipſe Judex, modò Notarius ſit, Acta ſcribere poſſit, Cardinal.
Tuſch. *dict. concluſ. 83. num. 7.* Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 50.* D. Marta Nea-
politan. *in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 12.* ubi præterea docet, quod
Judex ipſemet ſcribere poſſit Acta Jurisdictionis voluntariæ, non verò
contentioſæ. Cauſas viles & breviores eſſe, quæ non excedunt quin- 206.
que ſcuta, putat Tuſch. *dicto loco.* & Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii.*
num. 31. Illud verò Judicis arbitrio relinquendum eſſe, ſtatuit Guido Pap. 207.
deciſ. 564. num. 3. eumque ſequitur Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 51. & 52.* ubi
ſuperaddit, Judicem eas pro brevioribus, & levioribus cauſis judicare
& arbitrari debere, quæ ſunt vel duorum, vel quinque, vel decem, vel
quinquaginta, vel centum, vel etiam trecentorum Aureorum. Ipſe 208.
Judex poteſt quoque Acta coram ſe geſta ſcribere, ubi Conſuetudo, vel
Statutum hoc concedit, vel quando non fiunt in figura Judicii, ut ſunt
Literæ Teſtimoniales, vel Acta ſunt voluntariæ Jurisdictionis, qualis eſt
Inſinuatio Teſtamentorum, & Donationum, Berlich. *dict. concluſ. 8. num.*
53. & 54. Actuarius non poteſt Scripta Judicii, ſive Acta ſine conſenſu 209.
Judicis publicare, Emeric. à Rosbach. *dict. tit. 8. num. 6.* Berlich. *dict. con-*
cluſ. 8. num. 33. Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. tit. de Judic. theſ. 111.* Dav. Dö-
ring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 64.* nec Partibus Copiam Actorum dare, 210.
niſi mandato Judicis, Marant. *dict. tit. de Actor. edition. num. 55.* Emeric. à
Rosbach *dict. loc.* Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 34.* Anton. Faber *in Cod. lib. 2.*
tit. 1. definit. 8. princ. Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. theſ. 111.* Brunnemann.
ad dict. l. 2. Cod. de edendo. Aliàs ſi quid alteri Parti oſtendit ante publica- 211.
tionem in cauſa, tenetur de falſo, Berlich. *dict. loc.* nec Teſtes ſine Ju- 212.
dice recipere, Emeric. à Rosbach *ibid.* Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. loc.*
& quamvis Actuarius poſſit etiam ſine permiſſu Judicis Scripturam fa- 213.

 cere

cere de geſtis in Judicio, Emeric. à Rosbach *dict. tit. 8. num. 7.* Mejer. *in*
Colleg. Argentorat. dict. loc. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii. num. 22.* item
214. abſente Judice recipere Acta per Libellos, Exceptiones, Replicas, Du-
plicas, Emeric. à Rosbach *dict. tit. 8. num. 8.* Mejer. *in Colleg. Argentorat.*
215. *dict. theſ. 111.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 20.* Inſtrumenta
tamen, Confeſſiones, Juramenta, & Teſtes, qui, quæve producuntur
ad probandum Judici, illo non præſente, à Tabellione recipi neque-
unt, niſi id fiat mandato Judicis, vel Tabellio ad hoc ſpecialiter depu-
tatus fuerit, Emeric. à Rosbach & Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. loc.* Ber-
lich. *dict. concluſ. 8. num. 35. & 36.* Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 20.*
& 45.

216. Actuarius (in quo peritia Juris requiritur, *Novell. 66.* Emeric. à Ros-
217. bach *dict. tit. 8. num. 9.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 38.*) tenetur, quoque Parti
ad intereſſe, ſi vel imperitè aliquid fecerit, Joach. Mynſing. *in Apoteleſm.*
ſive Schol. ad Inſtitut. tit. de obligation. quæ ex delicto naſcuntur in rubric. num. 5. & 6.
Joh. Schneidewin. *ad eund. tit. Inſtitut. in rubric. num. 10.* Emeric. à Rosbach
218. *dict. loc* Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 37.* vel ſi aliud, vel minus ſcribit,
quam dictum à Partibus, Emeric. à Rosbach *dict. tit. 8. num. 10.* Berlich.
dict. concluſ. 8. num. 37. Brunnemann. *ad l. cum ſit. ult. Cod. de Magiſtrat.*
219. *conveniend.* vel ſcribit quod non debet, Emeric. à Rosbach *dict. tit. 8.*
220. *num. 10.* Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 39.* vel aliquid occultat, aut de-
bita Capitula omittat, *l. eum. 14. Cod. ad Leg. Cornel. de falſis.* Emeric. à
221. Rosbach *dict. num. 10.* Berlich. *dict. concluſ. 8. num. 40.* Poteſt tamen Actua-
rius errorem in Regiſtratura, vel Protocollo corrigere, vel addere, &
illud, quod omiſit ſupplere, antequam Copiam det Partibus, quod
etiam licet, datâ jam Copia, ſi inſpecto ſuo Originali, ſe erraſſe animad-
verterit: etiam poſt publicationem, ſi Parti nondum copia data ſit, ſe-
222. cus ſi data eſt, Emeric. à Rosbach *dict. tit. 8. num. 12.* Recuſari poteſt
Actuarius in Examine Teſtium, propter ſuſpicionem, ſicuti & Judex,
223. idque ſolo Juramento, Emeric. à Rosbach *dict. num. 12.* ſi autem injuſtè
recuſetur, habet injuriarum actionem, Emeric. à Rosbach *dict. loc.*

224. Materia Actorum Judicialium, ſunt Litigia, ſeu Concertationes ſu-
per Caſibus controverſis, ſive Civiles, ſive Criminales, Stypmann. *dict.*
cap. 5. num. 39. cum enim petatur Sententia, quæ litem dirimat, neceſſe
225. eſt rem litigioſam & dubiam eſſe, Stypmann. *dict. loc.* Actis an inſe-
rendæ ſint Procurationes, Delegationes, Subdelegationes, & ſimilia
Inſtrumenta, & inſerta an probent ſine Originalium Productione? vid.
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 62.* De materia Actorum vid.
latius ſuprà de Actis Litis, vel Cauſæ.

Ad Formam Actorum Judicialium pertinet, Forma Acta confi- 226.
ciendi ut in Judicio (Jure, ſeu loco, in quo Jus dicitur, *l. penult. ff. de* 227.
Juſtit. & Jur. coram Tribunali, *l. 76. de legat. 2.* & *l. 2. ff. de re judicat.* apud 228.
Acta, *l. 2. Cod. de cuſtod. reor.* verb. *Auditus apud Acta &c.* item verb. *Apud* 229.
Acta audiatur. l. 24. Cod. de liberali cauſa. ibi: *profeſſam apud Acta. l. 45. princ.*
ff. de re judicat. ibi: *Acta apud ſe habita. l. 2. ff. de Appellation.* verb. *Sed ſi apud*
Acta quis appellaverit, ſatis erit, ſi dicat, appello. l. 5. §. fin. eod. verb. *Si quis ipſo die,*
inter Acta, voce appellavit, hoc ei ſufficit: ſin autem hoc non fecerit, ad Libellos Ap-
pellatorios dandos &c. l. 28. Cod. de Tranſaction. verb. *Sive apud Acta Rectoris Pro-*
vinciæ, ſive ſine Actis &c. Vultej. *volum. 1. Conſil. Marpurg. 34. num. 10.*) fiant,
Stypmann. *dict. cap. 5. num. 45. 46. 47. 48. 49. & ſeqq.* Mindan. *de Mandat.*
lib. 2. cap. 47. num. 6. & Mev. *part. 5. deciſ. 74. num. 4.* In illis, quæ ſunt Juris- 230.
dictionis contentioſæ, & cauſæ cognitionem requirunt, verius eſt lo-
cum publicum, & ſolennem ſervandum eſſe, *dict. l. penult. ff. de Juſtit. &*
Jur. & apud Acta fieri, hic intelligi, quæ in loco publico fiunt, ac fieri 231.
debent, Weſenbec. *in Paratitl. ad ff. tit. qui Teſtament. facere poſſunt, num. 10.*
Quod aliàs dicitur, Acta eſſe, ubicunque eſt Judex, ac ideò apud Acta 232.
geri, quod fit apud eum, extra locum Judicii pertinet tantùm ad ea,
quæ voluntariæ Jurisdictionis planè ſunt, & ubique apud quemcunque
Judicem expediri queunt, ſecus eſt in iis, quæ formam Judicii requi-
runt, aut pro evitanda omnis fraudis ſuſpicione, & luculentiori notitiâ
publicè fieri debent, Mev. *part. 7. deciſ. 179. num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Et hæc Acta dicuntur publica, propterea, quod coram Judice, & 233.
Perſona publica, puta Notario & Officiali ad hæc deputato, in loco
publico fiant, *dict. l. 2. Cod. de cuſtod. reor.* ibi: *Quaſi publico teſtimonio.* Styp-
mann. *dict. cap. 5. num. 65.*

Quicquid igitur in Judicio ſuper cauſis controverſis præſente Ju- 234.
dice & Tabellione fit, id dicitur eſſe de Actis, *l. 15.* & *l. 19. ff. de probation.*
Novell 124. cap. 3. & *Novell. 126. cap. 3.* Maſcard. *de Probation. volum. 1. concluſ. 32.*
Stypmann. *dict. cap. 5. num. 40.* Semel Actis addita fiunt pars Actorum, 235.
Mev. *part. 5. deciſ. 216. num. 1.* quæ utrique parti communia ſunt, Gail. *lib. 1.* 236.
dict. obſervat. 134. num. 21. & 23. Cardinal. Tuſch. *Concluſ. Practicar. tom. 1. lit. A.*
concluſ. 95. Sic Inſtrumenta, ſemel producta, quæ antea erant propria 237.
producentis, efficiuntur communia, & de Actis Judicii, adeò ut Ad-
verſario quandocunque petenti eorundem exhibitio denegari nequeat,
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 205.* ideoque nihil ex Actis, niſi 238.
utraque parte conſentiente, mutari aut imminui poteſt, Mev. *dict. deciſ.*
216. num. 2. & 3. Reſponſa Juris, ſeu Conſilia Prudentum, licet quidem, 239.
etiam poſt concluſionem in cauſa factam producere, Johan. Monach. *in*

Practica Judiciaria part. 13. cap. 5. num. ult. Richter. part. 3. deciſ. 110. num. 17. vid.
quoque Receſſ. Imper. de Anno 1654. §. Zu dermaliger ꝛc. 96. in verb. Wie
auch Rechtliche Conſilia und Berathſchlagungen / mit voran geſetzter Facti
Specie, und den Rationibus Dubitandi, in Geſtalt einer quaſi-Relation zu über-
240. geben / erlaubt ſeyn; Blum. Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 24. non tamen
habentur pro parte Actorum, Cardinal. Tuſch. dict. lit. A. concluſ. 87. num. 8.
David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 45. Reichs-Hof-Raths-Ordnung
tit. 4. §. 14. in verb. Die Conſilia und Informationes Juris aber / ſo die Partheyen
ſelbſt ihnen ſtellen laſſen / ſollen nicht pro parte Actorum gehalten werden ꝛc.
241. atque ideò, non neceſſariò debent communicari, aut Copia eorum
Parti dari, Tuſch. dicto loco. Dav. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 192.
Henr. Zoeſ. in Commentar. ad Pandect. tit. de edendo. num. 18. de quo vid. latiùs
242. infrà Cap. III. de Actorum Editione. neque in referendo, neque in votando,
modum deciſionis cauſæ determinare, nec quoad factum ullo modo
attendi, Receſſ. Imper. de Anno 1654. dict. §. 96. verſ. Solche Conſilia aber weder
in referendo noch votando Ziel oder Maaß geben / noch / ſo viel das Factum be-
langt / einigerley Weiſe attendirt werden. Reichs-Hof-Raths-Ordnung
dict. §. 14. in verb. Noch in dem Rath referirt werden ꝛc. Blum. Proceſſ. Cam.
243. dict. tit. 63. num. 24. 25. & 26. ubi ſcribit, quod, ſi hæc Conſilia cum aliis
Productis, tanquam Adjuncta, als eine Beylage / judicialiter exhibean-
tur, tunc fiant pars Actorum, ac deſuper pars adverſa audienda ſit.
244. Acta hæc Judicialia actitanda ſunt tempore diurno, non verò no-
cturno, cap. conſuluit. 24. de offic. & poteſtat. Judic. delegat. Bartol. in l. non mi-
norem. 20. Cod. de Tranſact. Marant. in Specul. Aur. tit. de Actor. edition. num. 30.
& 50. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 59. Stypmann. dict. cap. 5.
245. num. 124. unde nec Teſtes nocte recipi, nec alios Actus fieri poſſe, qui
expediendi, Judice coram Tribunali ſedente, concludit Felin. in dict. cap.
conſuluit. 24. de offic. & poteſtat. Judic. delegat. num. 19. tum propter l. nullum pe-
nitus. 14. Cod. de Teſtibus. tum propter Novell. 82. cap. 3. David Döring. dict.
246. num. 59. niſi accendatur candela, Bartol. & Felin. dict. loc. tunc enim &
Sententiam ferri poſſe, dicunt Felin. & David Döring. allegat. loc.
247. Neque confici debent Acta in Feriis, l. fin. Cod. de Feriis. cap. fin. X. de
248. feriis. Stypmann. dict. cap. 5. num. 125. niſi in caſibus exceptis, quos enu-
249. merat Marant. dict. tit. de Actor. edition. num. 37. uſque ad num. 49. Et licet Acta
Judicii voluntariæ Jurisdictionis fieri queant tempore Feriarum etiam in
honorem DEI introductarum, l. Actus. 8. Cod. de Feriis. Marant. in Specul.
Aur. part. 4. diſtinct. 16. num. 86. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 60.
Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de Feriis & Dilation. theſ. 12. Anton. Perez.
in Prælect. ad Cod. tit. de Feriis, num. 7. Henr. Hahn. ad Weſenbec. dict. num. 5. ad
verb.

verb. Scilicet contentioſæ Jurisdictionis. ſecus tamen eſt in iis, quæ ſunt Juris- 250.
dictionis contentioſæ, Marant. dict. diſtinct. 16. num. 86. David Döring.
dict. num. 60. Mejer. in Colleg. Argentorat. dict. tit. de Feriis & Dilation. theſ. 7. &
ſeqq. Perez. ad Cod. dict. num. 7. Hahn. ad Weſenbec. dict. num. 5. ad verb. Scilicet
contentioſæ Jurisdictionis. niſi Pars non contradixerit, per l. 1. §. 1. ff. de feriis 251.
& dilation. Cravett. lib. 2. conſil. 246. num. 2. & conſil. 272. num. 9. Menoch.
lib. 2. præſumt. 46. num. 24. Dav. Döring. dict. loc.
Ad Formam Actorum etiam ſpectat, quod debeant fieri Parte præ- 252.
ſente, vel citatâ, aut per contumaciam abſente, Bald. in l. 1. Cod. quib.
longi temporis præſcriptio non objiciatur. David Döring. dict. verb. Acta Judicii,
num. 57. vid. Acta Apoſtolor. cap. 25. verſ. 16. Aliàs enim non probant nec 253.
alteri præjudicant, ubi ſumus in contradictorio, dict. l. 47. ff. de re judicat.
l. 39. ff. de Adoption. Marant. dict. tit. de Actor. edition. num. 16. Stypmann. dict.
cap. 5. num. 43. Speidel. lit. G. verb. Gerichts-Acta. num. 79.
Nihil apud Acta Judicialia admittendum, ſuper quo non audian- 254.
tur Partes, quorum illa ſunt, ideoque ab altera illatum, aut commu-
nicandum, aut rejiciendum, Mev. part. 5. deciſ. 74. num. 3. & part. 8. deciſ.
201. num. 3. Omnia quæ ab una Parte in Judicio producuntur, & ad Acta 255.
recipiuntur, communicanda eſſe alteri, ut reſpondeat, probatur ex l. 46.
ff. de re judicat. Mev. part. 2. deciſ. 349. Brunnemann. in Commentar. ad Pan-
dect. in dict. l. 46. num 11. Partis etenim multum intereſt, ne Actis addan- 256.
tur de quibus ipſi non conſtat, Mev. dict. part. 2. deciſ. 204. num. 4.
Acta regulariter Scripturam requirere, notat Brunnemann. ad l. 14. 257.
Cod. de Appellation. De natura Actorum eſſe Scripturam, ſcribit Paul. Chri- 258.
ſtinæ. volum. 1. dict. deciſ. 254. num. 23. Imò Acta Judiciaria ad primam eſ- 259.
ſentiam Scripturam deſiderare, tradit Menoch. de adipiſcend. Poſſeſſ. remed. 4.
num. 917. & poſt eum David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 50. Hoc 260.
verum eſſe poteſt in Libello, Sententia, & Appellatione, Dav. Döring.
dict. num. 50. quando Scriptura requiratur ad Libellum, vid. Emeric. à 261.
Rosbach in Proceſſ. Civil. tit. 33. num. 21. Berlich. part. 1. concluſ. 13. num. 1.
Richter. in Expoſition. Authenticar. ad Authentic. offeratur. Cod. de litis conteſtat.
Joh. Georg. Nicolai Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 9. num. 2. ad Sententiam, 262.
vid. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. de re judicat. theſ. 57. num. 1. 2. 3. 4.
& ſeqq. Brunnemann. ad l. hâc lege. 2. & l. ſtatutis generalibus. 3. atque Authen-
tic. ſeq. Cod. de Sentent. ex peric. recitand. & ad Appellationem, vid. l. 2. l. 5. §. 263.
ult. ff. de Appellation. & l. 14. Cod. eod. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 3. tit. de
Appellation. theſ. 12. num. 1. & 2. Brunnemann. ad dict. l. 14. Cod. de Appellation.
Johan. Althuſ. in Dicæolog. lib. 3. cap. 55. num. 43. & 44. Reliqua verò Acta 264.
non videntur deſiderare Scripturam ab initio, poſteà tamen conſcri-
benda

benda ſunt per Judicii Notarium, David Döring. dict. num. 50. vid. la-
tius ſuprà.
265. Acta hæc, veritati ut ſit locus, & falſitas aboleatur, & ne propter
aſſertionem iniqui Judicis, lædatur litigator innocens, ſcribuntur poſt
alios à ſe citatos David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 75. Berlich. dict.
concluſ. 8. num. 31.
266. Et hæc non ſolùm in ordinariis cauſis, verùm etiam in ſummariis
obtinent, Emeric. à Rosbach dict. tit. 8. num. 4. Berlich. part. 1. dict. con-
267. cluſ. 8. num. 28. Acta coram Arbitro facta, quoque in Scripturam redigi
debent, aliàs non valent, nec probant ad ſimilitudinem Judiciorum,
l. penult. Cod. de arbitr. dict. cap. quoniam. 11. X. de probation. Paul. Chriſtinæ. vo-
lum. 1. dict. deciſ. 254. num. 3. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 5.
268. Ab hac tamen regula excipiuntur cauſæ leves, modicæ, vel breviores,
Marant. dict. tit. de Actor. edition. num. 29. Gail. lib. 1. dict. obſervat. 134. David
Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 32. Brunnemann. Proceſſ. Civil. dict. cap. 1.
269. num. 81. Chriſtinæ. dict. deciſ. 254. num. 4. quæ in tantam non veniunt
conſiderationem, ut neceſſariò in Scripturam redigantur, ſed in iis aſ-
ſertioni Judicis, & Relationi Officialis, ſive Apparitoris creditur, Rich-
270. ter. dict. deciſ. 127. num. 29. Fallit quoque, quando Partium conſenſu Ju-
dex, vel Arbiter ſine Scriptura procedit, David Döring. dict. loc.
271. Debent autem Acta juſto ordine ſcribi, id eſt adjectione loci, tem-
poris, ſcilicet Anni, Menſis ac Diei, ut & Perſonarum, ſcilicet à quibus
& coram quo geſta, cap. bonæ memoriæ. 23. X. de election. dict. cap. quoniam. 11.
X. de probation. Marant. dict. tit. de Actor. edition. num. 51. David Döring. dict.
verb. Acta Judicii. num. 61. Stypmann. dict. cap. 5. num. 60. Berlich. dict. con-
cluſ. 8. num. 21. Richter. part. 3. dict. deciſ. 113. num. 6. & 14. deciſ. 126. num. 2.
272. atque deciſ. 127. num. 2. quem in finem olim habuerunt Volumina Geſto-
rum, in quibus hæc conſignarentur, l. 39. §. 1. in fin. Cod. de appellation.
273. Stypmann. dict. cap. 5. num. 63. & hodie in Judiciis Liber eſt, Protocollum
dictus, in quo omnia in Judicio geſta deſcribuntur, Jacob. Blum. Pro-
ceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 4. de quo paulò inferius latè agitur.
274. Acta conſcripta publicari debent, quoniam non publicata ſunt in-
ſtar imbreviaturæ carentis ſolennitatibus, cum aliis à ſe allegatis. David
275. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 111. quod indubium eſt in Teſtium At-
276. teſtatis, & Sententia; De Atteſtatorum publicatione, ejusque requiſitis
& effectu, vid. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 13. artic. 2. Brunnemann. Proceſſ.
Civil. cap. 20. num. 82. & 83. atque in Repetit. Paratitl. Weſenbec. tit. de Teſtibus, quæſt.
50. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 28. theſ. 47. & ſeq. atque Suenden-
dörffer. in Obſervat. ad Fibig. Proceſſ. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 15. Naſſau-
Catzeneln-

Catzenelnbogiſche Gerichts-Ordnung cap. 2. §. 7. pag. 22. num. 51. 52. 53. & 54.
De Publicatione Sententiæ, vid. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 16. artic. 3. num. 16. 277.
Brunnemann. dict. Proceſſ. Civil. cap. 27. num. 44. & 48. Suendendörffer. ad
Fibig. Proceſſ. dict. cap. 2. membr. 3. §. 18. pag. 285. num. 11. Naſſau-Catzenelnbo-
giſche Gerichts-Ordnung dict. cap. 2. pag. 38. num. 49. Acta publicari non 278.
poſſunt niſi mandato Judicis, Dav. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 211.
Quando eorum publicatio ſit neceſſaria? vid. apud Speculat. de Inſtrumen- 279.
tor. edition. §. oſtenſo. verſ. Et ſcias. num. 22. & Dav. Döring. dict. verb. Acta Ju-
dicii. num. 212. Quomodo publicentur, tradit Gloſſ. & Bartol. in l. geſta. 280.
ult. Cod. de re judicat. & in l. publicati. 2. Cod. de Teſtament. Fieri autem ſolet 281.
Publicatio coram Judice, vel ipſo, cujus authoritate Acta confecta ſunt,
vel ejus Succeſſore, non alio, pro Tribunali ſedente, & quidem præ-
ſente Parte adversâ, vel legitimè citatâ, Joh. Cöppen. lib. 2. obſervat. 110.
num. 1. adhibitâ inſuper Subſcriptione Notarii, vel alicujus Officialium, 282.
cui Actorum cuſtodia commiſſa: Teſtium verò præſentia non deſide-
ratur, Dav. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 213. Subſcriptio enim per 283.
Magiſtratus Actorum Curiæ facta plenè probat, Ariſmin. Tepat. in De-
ciſion. tit. 218. cap. 3. Dav. Döring. dict. loc.
Acta Judicii ad validitatem ſuam, non requirunt Teſtes, l. unic. §. 284.
ſed etſi. 2. verb. Et hoc ſive inter Acta fuerit teſtificatus, ſive Teſtium voces atteſtatio-
nem complexæ &c. tit. Cod. de latin. libert. tollend. Dav. Döring. dict. verb. Acta
Judicii. num. 82. Tabor. in Theſaur. Locor. Commun. Auguſt. Barboſæ lib. 1. cap. 15.
axiom. 6. In his enim quæ apud Acta conſtituuntur, Magiſtratus, vel Ju- 285.
dex Teſtium vice eſt, Mev. part. 7. deciſ. 178. num. 16. Imò Acta habent 286.
vim tot Teſtium, quot aliàs ad Actum aliquem requiruntur, Schurff.
centur. 1. conſil. 177. num. 2. Regner. Sixtin. volum. 2. Conſil. Marpurg. 21. num. 7.
Illud nonnulli quidem, non procedere opinantur in his, quæ ſuâ na- 287.
turâ non fiunt apud Acta, uti in Teſtamentis, eò quod hæc maneant
ſub regula, nempe Actus Notarii neceſſariò deſiderare Teſtes, poſt
Alexand. & Bald. ad l. omnium. 19. Cod. de Teſtament. Jul. Clar. lib. 3. Receptar.
Sententiar. §. Teſtamentum. quæſt. 36. Schneidewin. in Commentar. ad Inſtitut. tit.
de Teſtament. ordinand. de ſolenni Teſtamento. num. 18. Anton. Faber in Cod. lib. 6.
tit. 5. definit. 22. Sed verior eſt Sententia, Teſtes ad validitatem, ſubſiſten- 288.
tiam, ſive ſolennitatem Teſtamenti coram Actis conditi, vel inſinuati
minimè neceſſarios eſſe, dict. l. omnium. 19. verb. Sicut ergò ſecurus erit, qui
Actis cujuscunque Judicis mentis ſuæ poſtremum publicavit Judicium. Cod. de Teſtament.
l. ſancimus. 27. verb. Et hoc vel per Teſtes idoneos non minus tribus, vel inter Acta
manifeſtaverit. Cod. eod. tit. & l. in donationibus. 31. Cod. de donation. Mynſing.
centur. 6. obſervat. 29. num. 4. & 5. ubi teſtatur hanc Sententiam uſu & praxi 289.
F paſſim

paſſim obſervari, Fachine. Controverſiar. Jur. lib. 6. cap. 86. Treutler. volum. 2.
diſputat. 10. theſ. 6. lit. I. Johan. Dauth. in explication. dict. l. omnium. 19. Cod. de
Teſtament. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. qui Teſtament. facere poſſunt,
theſ. 18. in fin. verb. Licet ad Solennitatem ejusmodi Teſtamenti perficiendum Teſtes
nulli deſiderentur. Paul. Chriſtinæ. volum. 4. deciſ. 7. num. 4. Carpzov. in Juris-
prud. Forenſ. part. 3. conſtitut. 3. definit. 11. num. 4. 5. & ſeq. Mev. ad Jus Lubecenſ.
part. 2. tit. 1. artic. 25. num. 71. & ſeqq. Richter. part. 1. deciſ. 30. num. 2. Anton.
Perez. in Prælection. ad Cod. tit. de Teſtament. num. 31. Eraſm. Ungebauer.
Exercitat. Juſtinian. 8. quæſt. 2. pag. 377. Brunnemann. in Commentar. ad Cod. in
290. dict. l. omnium. 19. Cod. de Teſtament. Siquidem ipſa Acta ſunt loco Teſtium,
291. Vultej. volum. 1. Conſil. Marpurg. 34. num. 41. & authoritas Judicialis publica
tanta eſt, ut non immeritò æquipolleat numero Teſtium, qui aliàs in
Teſtamentis requiruntur, Richter. dict. deciſ. 30. num. 1. Teſtium vicem
obtinet fides & authoritas publica, qua Teſtamentum confirmatur du-
292. plici modo, primò quando Scriptum involutum Judici in Judicio of-
fertur, ut illud ad Acta referat, & in Archivo reponat, dict. l. omnium. 19.
293. & l. ſancimus. 27. Cod. de Teſtament. altero, quando Perſonis publicis Judicii
audientibus, Teſtamentum conditur, vel coram Magiſtratu, dict. l. omni-
um. 19. Althuſ. in Dicæolog. lib. 1. cap. 46. num. 8.

294. Acta, ſive geſta in Judicio probantur regulariter per Scripturam,
Cardinal. Tuſch. tom. 1. lit. A. concluſ. 86. num. 12. & concluſ. 87. num. 12. Dav.
295. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 50. 159. 221. & 223. ſcilicet publicam in
præſentia & juſſu Judicis ab Actuario factam, etiam ſine Teſtibus, l. cen-
ſus. 10. in verb. Monumenta publica, potiora Teſtibus eſſe, Senatus cenſuit. ff. de pro-
bation. l. 31. in verb. Nam ſuperfluum eſt privatum Teſtimonium, cùm publica Mo-
numenta ſufficiant. Cod. de donation. Marant. tit. de Actor. edition. num. 30. & 31.
Cardinal. Tuſch. tom. 1. lit. A. concluſ. 89. Gail. lib. 1. obſervat. 134. num. 13.
Joh. Gœdde. volum. 4. Conſil. Marpurg. 52. num. 37. David Döring. dict. verb.
296. Acta Judicii. num. 76. & 136. Blum. Proceſſ. Cam. tit. 51. num. 13. unde nec ad
probationem Inſinuationis Teſtamenti præter Acta ulli Teſtes requirun-
tur, dict. l. omnium. 19. verb. Sicut ergò ſecurus erit. & dict. l. ſancimus. 27. Cod.
de Teſtament. junct. dict. l. cenſus. 10. ff. de probation. & dict. l. in donationibus. 31.
Cod. de donation. Donell. lib. 6. cap. 6. & ad dict. l. omnium. 19. Cod. de Teſtament.
num. 9. Finckelthauſ. in Prælection. ad dict. l. omnium. 19. Tabor. in dict. Tracta-
tion. Analyt. Synthet. de Teſtament. Principi aut Comiti oblato. cap. 2. §. 15. Johan.
Jacob. Wiſſenbach. in Comment. Cathedrar. ad Cod. in dict. l. omnium. 19. de Te-
297. ſtament. ubi ſcribit: Teſtamenti Actis cujuscunque Judicis, vel Munici-
pum inſinuati fidem publicam, Teſtium adminiculis minimè juvandam
298. eſſe, Brunnemann. ad eand. l. omnium. 19. ubi dicit, quod adducatur ferè
in

in eam opinionem, deeſſe in verſiculo, nec inſtitutus &c. particulam non,
hoc ſenſu; licet non poſſit probare Teſtibus, hoc non debere per-
timeſcere, ſi modò ex Actis Judicialibus, & Scriniis Principum ap-
pareat.

Contrarium, nempe ad probationem factæ Inſinuationis, vel duos 299.
ſaltem Teſtes requiri, qui dicant ita Principi oblatum, vel coram Ju-
dice Actis inſinuatum eſſe Teſtamentum, ſtatuunt per dict. l. omnium. 19.
in fin. ibi: idoneis Teſtibus. Jul. Clar. lib. 3. Receptar. Sententiar. §. Teſtamentum.
dict. quæſt. 56. num. 7. Dauth. in explication. ad dict. l. omnium. 19. Cod. de Teſtament.
num. 2. Joh. Schneidewin. in Commentar. ad Inſtitut. tit. de Teſtament. ordinand.
de ſolenn. Teſtament. num. 17. Johan. Althuſ. in Dicæolog. lib. 1. cap. 51. num. 19.
Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. qui Teſtament. fac. poſſ. theſ. 10. in fin. per
dict. cap. quoniam. 11. X. de probation.

Quam Sententiam de eo caſu, quo dubitatur, fueritne hoc Teſta- 300.
mentum apud Principem, vel Judicem inſinuatum, nec ne, accipiunt
quidam, Reuſner. volum. 2. de Teſtament. part. 4. cap. 18. num. 24. Hartmann.
Piſtor. lib. 1. Quæſtion. Jur. Civil. & Saxon. lib. 3. num. 5. & Eraſm. Ungebaur.
in Exercitat. Juſtinian. dict. loc.

At hanc explicationem non ſine magna dubitatione tranſire pro- 301.
bat Tabor. in dict. Tractat. Analyt. Synthet. de Teſtament. Principi aut Comiti ob-
lato, cap. 3. §. 8. hoc modo: Aut Teſtamentum hoc Scriniis inſinuatum proponitur,
aut non inſinuatum. Priore caſu, ſi Teſtamentum Scriniis inſertum fuiſſe proponatur,
(uti quidem ipſe Reuſnerus requirit num. 16.) illud in Scriniis vel adhuc ſuper-
eſt; vel (quod raro accidit) amiſſum eſt, & periit. Si ſuperſit, non opus erit ullâ pro-
batione aliâ: Imò nec ulla alia admittetur, quæ contra Tabulas fuerit. Si Teſtamen-
tum perierit: intereſt, an perierit in Scriniis, an extra Scrinia; ſi interciderit in ipſis
Scriniis, dubito valdè, an Teſtibus duobus ſubſtantia ejus voluntatis queat doceri: niſi
fortè ex Tabulariis, aut Principis Miniſtris aliqui memoriam rerum geſtarum circum-
ferre credantur. Si autem receptæ quidem ſint à Principe, ſed poſteà iterum ablatæ ab
ipſo Teſtatore Tabulæ, poſt oblationem Principi factam, requirendum, quo animo, utrum
aſſervandi, vel abolendi ablatæ fuerint. Et notat eod. Tractat. cap. 2. dict. §. 15. in dict.
l. omnium. 19. verba illa: Oblatas Preces ſecundùm voluntatem, &c. aliquid am- 302.
plius inſinuare, vel inferre, nempe caſum, quo non ipſe Teſtator in
perſona Preces obtulerit, ſed per alium, & hanc oblationem valere,
dummodo ex voluntate Defuncti facta probetur idoneis Teſtibus, & ei
alia non noceant, idem ſentire videtur Hilliger. in Donell. enucleat. lib. 6.
cap. 6. lit. E. in verb. Ipſe autem Teſtator deponere debet, non per alium.

Multis in locis uberioris cautelæ, & facilioris probationis gratiâ, 303.
utiliter introductum, ut à tergo Precum ſive Supplicationis, quâ In-
F 2
ſinua-

ſinuatio Teſtamenti petitur, uno aut altero verbo annotatio accedat,
Tabor. dict. Tractation. cap. 6. §. 12.
304. Non quidem per modum Decreti, aut Confirmationis; uti vult
Reuſner. dict. cap. 18. num. 13. & 26. (id enim dict. l. omnium. 19. diſertè re-
ſpuit) ſed per modum Signi & Teſtimonii ritè factæ Oblationis & Re-
305. ceptionis, Reuſner. dict. num. 26. & Tabor. dict. §. 12. quam Scripturam
alii Signaturam vocant alii Epiſtographum, argum. l. chartæ. 4. ff. de bonor.
306. poſſeſſ. ſecund. Tabul. Tabor. dict. loc. Solet etiam Schedula Probatoria ex
Cancellaria dari; quam vulgò Recognitionem vocant, Wehner. in verb.
307. Revers. alii Antigraphum, ein Gegen-Bekänntnüß oder Schein / Tabor.
ibid. vid. Naſſau-Catzenelnbogiſche Land-Ordnung part. 3. cap. 2. §. 4. & 7.
pag. 87. & §. 11. pag. 89.
308. Quamvis ea Judicii Acta, quæ neceſſariò Scripturam requirunt,
regulariter Scripturâ tantùm probentur, David Döring. dict. verb. Acta
309. Judicii, num. 221. & 237. per Teſtes verò probari nequeant, Döring. dict.
310. verb. Acta Judicii, num. 239. Acta tamen non requirentia Scripturam de ne-
ceſſitate, indiſtinctè per Teſtes probari poſſunt, Marant. in Specul. Aur.
part. 6. rubr. Actor. edit. fieri ſol. num. 31. Gail. lib. 1. obſervat. 134. num. 20. & 21.
Berlich. dict. concluſ. 8. num. 31. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 50. in fin.
num. 221. 222. & 223.
311. Imò, quando Actorum, quæ neceſſariò ſcribuntur Scriptura eſt
amiſſa, vel deperdita, eorum tenor etiam Teſtibus probatur, Menoch.
de adipiſcend. Poſſeſſ. remed. 4. num. 917. & 918. Marant. dict. tit. de Actor. edition.
312. num. 30. & 31. Paul. Chriſtinæ. volum. 1. dict. deciſ. 254. num. 23. dummodò
ſcripta fuerint Acta, & Teſtes deponant, non ſolùm ita actum, ſed &
quicquid actum, in Scripturam redactum fuiſſe: Aliàs, ſi de Scriptura
nihil deponant, non admittuntur, quia cùm aliter non valent, proba-
tio inutilis eſt, poſt Bald. in l. illud. 19. Cod. de SS. Eccleſ. verb. Actor. Döring.
313. dict. num. 221. Probantur aliàs etiam per Confeſſionem Partis, vel aliis
legitimis Documentis, Cardinal. Tuſch. dict. concluſ. 87. num. 13. lit. A. &
314. per ipſum quoque Judicem vel Arbitrum, David Döring. dict. num. 221.
315. Actorum Judicialium finis eſt Sententia, Frider. Pruckmann. vo-
316. lum. 1. reſponſ. 33. num. 94. ad quam obtinendam illa media, & vehicula
ſunt, Paul. Chriſtinæ. volum. 1. dict. deciſ. 254. num. 5. & Pruckmann. dict. loc.
Merckelbach. apud Klock. tom. 1. conſil. 10. num. 548. & tom. 2. conſil. 93. num.
3. 4. & 8. David Döring. dict. verb. Acta Judicii. num. 179.
317. Acta Judicii præſumuntur juſta, David Döring. dict. verb. Acta Ju-
dicii, num. 58. ritè facta, Marta Neapolitan. in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta.
318. cap. 1. ſolennia & valida, niſi contrà conſtet, & defectus ex iis appareat,
Döring.

Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 226. & vera, Döring. num. 238. plenam 319.
fidem ac vim publicam habent, cap. bonæ memoriæ. 23. X. de electione. dict. l. 15. 320.
apud quem. 2. Cod. de edendo. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de fide Inſtru-
mentor. theſ. 12. Carpzov. in Juriſprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 16. definit. 25. num. 2.
Brunnemann. ad dict. l. is, apud quem. 2. Cod. de edendo. iisque creditur, niſi 321.
aliud probetur, Emeric. à Rosbach in Prax. Civil. ſive Proceſſ. Judiciar. dict.
tit. 8. num. 4. Veritatem probatam faciunt, David Döring. dict. verb. Acta 322.
Judicii, num. 73. & rem notoriam? Borgnin. Cavalcan. deciſ. 46. num. 454.
adeò, ut ſi Sententia, in Acta relata contineat partem citatam, vel ea 323.
præſente latam eſſe, non admittatur probatio in contrarium, Speculat.
tit. de Sentent. §. 6. num. 1. David Döring. dict. loc. Notorium inducunt, l. fin. 324.
Cod. de re judicat. cap. Ex inſinuatione. 50. de Appellation. Cardinal. Tuſch. lit. N.
concluſ. 107. num. 5. & 6. Vultej. volum. 1. Conſil. Marpurg. 15. num. 10. conſil. 18.
num. 21. & volum. 4. conſil. 34. num. 187. Regner. Sixtin. volum. 2. Conſil. Marpurg.
10. num. 125. & volum. 3. conſil. 8. num. 1. Johan. Gœdde. volum. 2. Conſil. Marpurg.
28. num. 10. volum. 3. conſil. 33. num. 259. & volum. 4. conſil. 16. num. 238. Merckel-
bach. apud Klock. tom. 1. conſil. 14. num. 127. Dav. Döring. dict. verb. Acta
Judicii, num. 226. Richter. ad tit. 20. lib. 2. X. de Teſtibus & Atteſtat. cap. 11. num. 8.
ſcilicet inter easdem Perſonas, Chriſtinæ. dict. deciſ. 254. num. 22. Frider. 325.
Pruckmann. volum. 1. reſponſ. 14. num. 142. Mev. part 7. deciſ. 31. num. 3. & deciſ.
337. num. 4. atque part. 4. deciſ. 286. num. 1. Theſſaur. Locor. Commun. Juriſpru-
dentiæ, & Axiomatibus Auguſt. Barboſæ, & Analect. Tabor. concinnat. lib. 1. cap. 15.
axiom. 16. & ſic fundans ſe ſuper iisdem non præſumitur calumniari, 326.
Chriſtinæ. dict. loc.
Plenè probant etiam absque Teſtibus, dict. l. unic. §. Sed etſi. 2. Cod. de 327.
latin. libert. tollend. Cardinal. Tuſch. tom. 1. lit. A. concluſ. 89. Marant. in Specul.
Aur. tit. de Actor. edition. num. 30. & 31. Gail. lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 12. & 13.
Gœdde. volum. 4. Conſil. Marpurg. 52. num. 37. Althuſ. in Dicæolog. lib. 3. cap. 41.
num. 23. David Döring. dict. num. 76. Blum. Proceſſ. Cam. tit. 51. num. 13. licet 328.
Acta coram Arbitro facta Teſtes requirant, David Döring. dict. verb. Acta
Judicii, num. 54. & habent paratam Executionem, Döring. num. 78. 329.
Quod de fide, & vi Actorum dictum eſt, adeò extenditur, ut non 330.
tantùm procedat affirmativè in iis quæ Acta aſſerunt, ſed & negativè.
Nam quicquid in iis ſcriptum non reperitur, omiſſum eſſe, adeoque
nunquam interveniſſe præſumitur, dict. cap. quoniam. 11. X. de probation.
Borgnin. Cavalcan. deciſ. 11. num. 44. & deciſ. 13. num. 4. & 21. Gail. lib. 1. obſer-
vat. 134. num. 15. Merckelbach. apud Klock. tom. 2. conſil. 68. num. 5. Barboſ.
locupletat. lib. 1. dict. cap. 15. axiom. 6. David Döring. dict. verb. Acta Judicii,
num. 153. Actis non plus probatur, notoriumque inducitur, quàm in iis 331.

eſt

332. eſt expreſſum, Gœdde. volum. 4. Conſil. Marpurg. 52. num. 63. quod Acta
non loquuntur, aut teſtantur, non habetur pro geſto, Cothman. volum.
4. Reſponſ. 32. num. 55. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 156. unde
333. ſi in Actis non conſtet de Libello, Litis conteſtatione, & aliis, ad Pro-
ceſſum pertinentibus, eorum omiſſio eo ipſo ſufficienter probata eſt,
334. Gail. lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 14. idque maximè in Juramento Teſtium
obtinet, quod exactum eſſe non creditur, niſi de illo in depoſitione
conſtet, Proſper. Farinac. in tractat. de Teſtibus, quæſt. 74. num. 72. Merckel-
bach. apud Klock. dict. conſil. 68. num. 6.

335. Acta inter alios facta non probant in præjudicium tertii, Menoch.
de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. caſ. 111. num. 7. Borgnin. Cavalcan. deciſ. 13. num.
336. 37. & deciſ. 18. num. 9. & 17. Res enim inter alios acta aliis non præjudicat,
tot. tit. Cod. res inter alios acta vel judicata aliis non nocent. Gœdde. volum. 3. Conſil.
Marpurg. 22. num. 45. & 46. Merckelbach apud Klock. tom. 3. conſil. 73. num. 4.
337. Frider. Pruckmann. volum. 1. Reſponſ. 39. num. 111. licet eadem ſit cauſa, l. 63.
ff. de re judicat. l. cum quæritur. 12. & ſeqq. de exception. rei judicat. Barboſ. in
Theſaur. Locor. Commun. lib. 1. cap. 15. axiom. 5. De hac regula integrum Tra-
ctatum ſcripſit Tiraquell. tom. 5. vid. & Borgnin. Cavalcan. deciſ. 18. num. 17.
ubi tradit, quod Acta inter ipſas Partes & habentes cauſam ab iis opti-
mè probent; vid. quoque Cardinal. Tuſch. lit. R. concluſ. 265. Vaſqu. part.
2. lib. 2. cap. 23. num. 15. & Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. de re judicat.
theſ. 73. & ſeqq. ubi nonnullas ampliationes & limitationes habet: & poſt
338. eum David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 81. Rem inter alios actam
nocere etiam tertiis, ſi in his eadem ſit ratio, ſtatuit poſt alios per text.
in l. ult. ff. ad Leg. Aquil. Vultej. volum. 3. Conſil. Marpurg. 22. num. 138. Sen-
339. tentia inter alios lata parit exceptionem rei judicatæ, & aliis nocet, quo-
ties eadem cauſa vincendi, idemque ſtatus cauſæ apud Judicem eun-
dem, Carpzov. in Jurisprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 26. definit. 16. & 17. Brun-
nemann. ad l. inter alios. 1. Cod. tit. inter alios acta &c. Acta facta in una cau-
ſa, an probent in alia? vid. Marta in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 8.

340. Acta facta in uno Judicio fidem faciunt, & probant in alio Judicio,
ſeu alia Inſtantia, vid. Gail. lib. 2. obſervat. 123. num. 4. Paul. Chriſtinæ. vo-
lum. 1. dict. deciſ. 254. num. 7. & 8. Johan. Althuſ. in Dicæolog. lib. 3. dict. cap. 41.
num. 23. Barboſ. in Theſaur. Locor. Commun. dict. cap. 15. axiom. 6. limitat. 3. Dav.
341. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 2. 84. 89. 114. & 115. Acta Judicii probant
inter easdem Perſonas etiam in ſecundo Judicio, Vultej. volum. 3. Conſil.
342. Marpurg. 21. num. 223. modò in eo producta fuerint ſpecificè ſeu ſpeciatim,
David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 85. & 97. Carpzov. in Jurisprud. Fo-
343. renſ. part. 1. conſtitut. 16. definit. 22. num. 3. unde non ſufficit, ea ſimul (ut lo-
quun-

quuntur) in Filza, ſeu Rotulo produci, de productione in fine ſcribi,
ut moris eſt: ſed omnia ſunt ſpecificè producenda, Maſcard. de Probation.
volum. 1. concluſ. 33. num. 1. Dav. Döring. dict. num. 97. Et licet à finitâ ſeu 344.
peremtâ Inſtantiâ pereant omnia Acta, Dav. Döring. dict. verb. Acta Judi-
cii, num. 37. & 273. videlicet pertinentia ad Ordinem Judiciarium, ſeu Pro- 345.
ceſſum, Alexand. lib. 2. conſil. 58. ubi hoc exemplificat in Libello, Litis 346.
conteſtatione, Juramento Calumniæ & ſimilibus, quæ ſpectant ad Ju-
dicii ordinem, Cardinal. Tuſch. lit. A. concluſ. 92. num. 1. David Döring.
dict. verb. Acta Judicii, num. 43. & 99. reſpicientia tamen Merita Cauſæ non 347.
pereunt, ſed plenam fidem faciunt, & probant in alia Inſtantia, ut At-
teſtationes, Confeſſiones, aliaque Acta probatoria, Borgnin. Cavalcan.
deciſ. 13. num. 41. & deciſ. 16. num. 15. & 16. Cardinal. Tuſch. dict. concluſ. 92.
num. 2. David Döring. dict. num. 99. & ſeqq. ubi nonnullas limitationes ad-
ducit, Gail. lib. 1. obſervat. 103. num. 1. ubi teſtatur hanc eſſe communem
Doctorum opinionem. Acta quando probent contra alios, quorum
intereſt, Marta Neapolitan. in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 9.

An & quatenus Acta in uno Judicio, probent in alio inter diverſas 348.
Perſonas? vid. Dav. Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 98.

Acta facta in Judicio Civili, an & quantam fidem faciant in Crimi- 349.
nali? vid. Maſcard. de Probation. volum. 1. concluſ. 34. num. 4. Cardinal. Tuſch.
Practicar. Concluſion. tom. 1. concluſ. 91. num. 12. Barboſ. in Theſaur. Locor. Commun.
dict. cap. 15. axiom. 8. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 129. Johan.
Althuſ. in Dicæolog. lib. 3. cap. 41. num. 24. Richter. dict. cap. 38. num. 29. 30. 31.
& ſeqq. & èontra, an Acta facta in Judicio Criminali probent in Civili? 350.
Maſcard. de Probation. concluſ. 351. num. 3. Cardinal. Tuſch. lit. P. concluſ. 790.
Barboſ. dict. loc. David Döring. dict. loc. num. 130.

Acta facta coram Judice Seculari, an & quando probent coram 351.
Judice Eccleſiaſtico? vid. Cardinal. Tuſch. Practicar. Concluſion. tom. 1. lit. A.
concluſ. 91. Maſcard. dict. concluſ. 33. num. 24. & concluſ. 149. Döring. dict. verb.
Acta Judicii, num. 151. & 152. Marta Neapolitan. in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta,
cap. 6. & 7. Althuſ. dict. cap. 41. num. 23. Barboſ. dict. cap. 15. axiom. 9. Acta 352.
facta in Judicio Poſſeſſorio, an & quando faciant fidem in Petitorio?
vid. Menoch. conſil. 366. num. 14. & 40. atque conſil. 376. num. 21. Berlich. part. 2.
deciſ. 233. num. 21. Pruckmann. volum. 1. Reſponſ. 45. num. 21. Barboſ. in Theſaur.
Locor. Commun. dict. cap. 15. axiom. 11. Döring. dict. loc. num. 155. Marta in dict.
tom. 1. tit. Acta. cap. 11.

Acta facta in Judicio ſummario, an & quando probent in plena- 353.
rio? vid. Gail. lib. 1. obſervat. 103. Maſcard. concluſ. 348. num. 9. & 10. Cardinal.
Tuſch. lit. A. concluſ. 90. num. 2. & concluſ. 91. num. 7. 8. 9. 10. & 11. Pruckmann.
dict.

dict. Reſponſ. 45. num. 20. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 86. 108. &*
109. Althuſ. *dict. cap. 41. num. 23.* Barboſ. *in Theſaur. Locor. Commun. dict. cap. 15.*
354. *axiom. 10.* Acta in una Civitate facta, faciunt fidem ubique, *l. is, apud*
quem. 2. Cod. de edendo. Regner. Sixtin. *volum. 3. Conſil. Marpurg. 7. num. 67.*
355. Acta coram Judice incompetente, an & quando probant? vid.
356. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 102.* Acta facta coram Arbitro,
an & quando probent in Judicio ordinario? vid. David. Döring. *dict.*
verb. Acta Judicii, num. 101. 102. 103. 104. & 106. Richter. *ad cap. 50. X. de Te-*
ſtibus.

357. Acta ſunt dux, lux, & vehiculum ad veritatem, quibus non inſpe-
ctis Judex nihil in præjudicium cujusquam decernere debet, Honded.
358. *volum. 2. conſil. 27. num. 18.* Mev. *part. 2. deciſ. 146. num. 1.* quod adeò verum
eſt, ut pronunciatio facta per Judicem, non habitis Actis, non valeat,
etiamſi Sententia eſſet bona & relata ſecundùm Acta, Paul. Chriſtinæ.
volum. 1. dict. deciſ. 254. num. 6.

359. Actorum veritas itaque ante omnia eſt conſideranda & ſervanda,
360. *l. illicitas. 6. §. 1. ff. de offic. Præſid.* Mev. *part. 7. deciſ. 337. num. 2.* eamque po-
tius ſequi oportet, quàm quod ex ſilentio ſaltem præſumitur, Mev. *dict.*
361. *deciſ. 337. num. 3.* imò Judex ad ea, quæ in Actis ab electo Notario vel
362. Actuario conſignantur, adſtringitur, Mev. *part. 1. deciſ. 120. num. 2.* Judi-
cum enim non eſt Acta facere, ſed ea obſervare, & ſecundùm ea judi-
363. care, Mev. *dict. loc.* Judicem debere judicare ſecundùm Acta, Actitata
& Probata, ſtatuunt poſt Joannem Gloſſatorem antiquum, Jacob. Ay-
rer. *in Hiſtor. Proceſſ. Jur. part. 1. cap. 8. obſervat. 2. num. 15. & ſeqq.* ubi ad contra-
ria reſpondet. Dominic. Soto *de Juſtit. & Jur. lib. 5. quæſt. 4. artic. 2.* Thom.
Aquin. *Secundâ Secundæ, quæſt. 67. artic. 2.* Cujac. *lib. 12. obſervat. 19.* Sichard.
ad rubric. Cod. de probation. num. 10. Martin. Bonacin. *Theolog. Moral. tom. 2.*
diſputat. 10. punct. 2. quæſt. 4. Joh. de Dicaſtill. *de Juſtit. & Jur. lib. 2. tractat. 1.*
diſputat. 4. num. 105. Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. de re judicat. theſ. 67.*
Bachov. ad Treutler. *volum. 1. diſputat. 12. theſ. 14. lit. E.* Anton. Perez. *in Præ-*
lection. ad Cod. tit. de officio Rectoris Provinciæ, num. 9. Henr. Hahn. *in Obſervat. ad*
Weſenbec. tit. de probation. num. 10. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 63. num. 25.* Franciſc
Frider. ab Andler *in Jurisprud. qua publ. qua privat. lib. 2. tit. 1. part. 2. num. 7.*
364. Juxta conſcientiam verò, repugnantibus licet Actis, Judicem Sen-
tentiam rectè dicere aſſerunt cum Martino Gloſſatore Hottomann. *Il-*
luſtr. quæſt. 27. Vaſqu. *lib. 1. Illuſtr. Controverſ. 14.* Hunnius ad Treutler. *vo-*
lum. 1. diſputat. 14. theſ. 14. lit. E. & F. quæſt. 44. ubi obſtantia removet. Henr.
Zoeſ. *in Commentar. ad Pandect. tit. de Judic. num. 47. & ſeqq.* Georg. Frantz-
kius *lib. 2. reſolut. 22. per tot.* Ungebauer. *Exercitation. Juſtinian. 16. quæſt. 5.*

vid. & Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 43. theſ. 5.* Acta 365.
Judicii ſunt perpetua, David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 115.* ideo- 366.
que fidem faciunt perpetuam, mortuo etiam Judice, vel remoto, *l. geſta.*
6. Cod. de re judicat. Boër. *deciſ. 108. num. 1.* Wurmſer. *in Pract. Cam. Obſervat.*
lib. 1. tit. 23. Döring. *dict. loc. num. 79. & dict. num. 115.* atque ex illis judi- 367.
care cogitur, qui in defuncti Judicis locum ſurrogatur, Döring. *dict.*
num. 79.

Ad effectum Actorum ſeu Scriptorum Judicialium quoque ſpe- 368.
ctat, quod non poſſint circumduci, (id eſt, antiquari, deleri, ſive de- 369.
ſtrui ex Paulo Calvino & Pratej. Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 3.*)
niſi conſentientibus Partibus & Judice, per *l. Acta. 45. ff. de re judicat.*
Döring. *in dict. verb. Acta Judicii, num. 1. & 270.* nam poteſt intereſſe Judi- 370.
cis ob publicam utilitatem, ut non circumducantur, Brunnemann. *ad*
dict. l. 45. ff. de re judicat. num. 1. imò effectus rei judicatæ Judicem reſpici- 371.
ens eſt, quod poſtea Judex jubere non poſſit Acta Judicii circumduci,
hoc eſt deleri; cum tamen ante eam, hoc, litigantibus conſentienti-
bus jubere poſſit, ſi id modò eodem die, quo Acta producta ſunt, fiat,
dict. l. 45. ff. de re judicat. Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 2. dict. tit. de re ju-*
dicat. num. 71.

Acta Judicialia, v. gr. ſuper Injuriis pro deſiderio Partium non 372.
ſunt abolenda ex chartophylacio, nec comburenda, & è medio tol-
lenda, Mev. *part. 7. deciſ. 193. num. 1. 2. & 3.* ſed potius occludenda, & Si- 373.
gillis munienda, ut nemini inſpiciendi copia fiat, Mev. *dict. deciſ. 193.*
num. 5. Solet à Principe interdum impetrari, ut Acta, præſertim Crimi- 374.
nalia, aboleantur, vel Sigillo Principis obſignentur, à nemine aperien-
da, præſertim, ſi tertius ex confeſſione Partis gravetur, & ipſius fama
ſugilletur, Brunnemann. *ad dict. l. 45. ff. de re judicat. num. 1.*

Actorum verba verò emendare tenore Sententiæ permanente, 375.
non eſt prohibitum, *l. 46. ff. de re judicat.* item verbum *condemno* & *abſolvo* 376.
in Sententia contentum, ante pronunciationem, non poſt publicatio-
nem mutari poteſt, *dict. l. 46.* ibique Bartol. Caſtrenſ. & Alexand. Dö-
ring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 250.*

Contraria Actis ſunt omnia, quæ pugnant cum iis, quæ in præce-
dentibus propoſita, atque ea nulla, vel manca, & imperfecta reddunt.
Acta coram Judice incompetente ſunt nulla, *tot. tit. Cod. ſi à non compe-* 377.
tente Judice &c. & *l. ſi pater. 7. Cod. ne de ſtatu defunctor. poſt quinquenn. quæratur.*
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 39.* Weſenbec. *in Paratitl. ad Pan-*
dect. tit. de re judicat. num. 5. Nec probatio coram Judice incompetente re-
levat, Cardinal. Tuſch. *tom. 6. lit. P. concluſ. 767. num. 1.* ſive facta fuerit

per Teſtes, ſive per Confeſſionem, ſive per Inſtrumentum, Tuſch. *dict.*
378. *concluſ. 767. num. 3.* niſi Jurisdictio ejus, Partium & Superioris conſenſu
prorogata fuerit, Meſer. *in Colleg. Argentorat. tit. de Judic. theſ. 284.* Brunne-
mann. *ad l. ſi militaris. 2. Cod. ſi à non competente Judice judicatum eſſe dicatur.*

379. Acta & Probationes eô tempore factæ, quod à futuro eventu po-
teſt eſſe incongruum, (*puta, ſi Judex incompetens eſſe pronunciaretur*) valent,
præſertim ſi accedat Sententia, per quam ſcrupulus iſte, incompetentia
ſcilicet Judicis removetur, adeoque Judex, coram quo Acta facta,
competens declaratur, Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 41.*

380. Quæritur an Acta coram Judice errante valeant? Diſting. Bartol.
381. *in l. multum. 21. num. 2. ff. de condition. & demonſtrat.* an Judex in errore ver-
ſetur, ut ignoret illud, ex quo principaliter Jurisdictio, & Jus pronun-
ciandi ei competat, & tunc Acta non valere putat, argum. *l. quæro. 3. ff.
de eo qui pro tutore.* an verò ignoret tantùm illud, quod eſt adminiculum
Jurisdictionis, puta Jurisdictionem ſuam per partes prorogatam eſſe, &
tunc Acta valere arbitratur, argum. *l. 2. §. 1. ff. de Judic.* David Döring.
dict. verb. Acta Judicii, num. 42.

382. Acta per delegatum ignorantem delegantis mortem ſunt nulla,
cùm ipſo jure ſit revocatus, & finitum mandatum morte mandantis re
incognitâ, Bartol. *ad l. 5. & 6. ff. de Jurisdict.* Döring. *dict. loc. num. 257.*

383. Acta coram Judice vel Magiſtratu falſo, incapaci, vel inhabili non
valent, Ariſmin. Tepat. *in Deciſion. tit. 218. cap. 9.* David Döring. *dict. verb.*
384. *Acta Judicii, num. 40.* niſi per errorem communiter reputatus habilis,
385. David Döring. *dict. num. 40.* vel authoritate publicâ, & ab eo, qui eligere
poteſt, electus & admiſſus fuerit, per *l. Barbarius Philippus. 3. ff. de offic. Præ-
tor.* Henr. Zoeſ. *in Commentar. ad Pandect. in dict. l. Barbarius. 3. num. 12.* Joh.
Jacob. Wiſſenbach. *in Exercitat. ad Pandect. part. 1. diſputat. 5. theſ. 7.* Henr.
Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. part. 1. tit. de offic. Prætor. ad verb. Omnis autem*
386. *Prætorum poteſtas, &c.* ob utilitatem publicam, ne videlicet ſummo cum
damno litigantium omnia aliàs benè geſta, ob incognitam, ſeu laten-
tem inhabilitatem irrita ſint, ſupplet defectum ac inhabilitatem perſo-
næ publicæ auctoritas, *verſ. Cùm populus. dict. l. Barbarius 3* add. *l. 1. Cod. de
Sentent. & Interlocut. omn. Judic. cap. ult. de Jur. Patronat.* Struv. *in Syntagm. Jur.
Civil. exercitat. 5. theſ. 25.* Brunnemann. *ad dict. l. Barbarius. 3. ff. de offic. Prætor.*
Acta facta tempore Tyranni an valeant? vid. Marta Neapolitan. *in Digeſt.
noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 17.*

387. Illud extendunt ad Tabellionem ſive Notarium, qui diu ſeſe pro
tali geſſit, multa Inſtrumenta & Acta confecit, poſtea verò apparet
ipſum non fuiſſe Tabellionem, Bartol. *in explicat. dict. l. Barbarius. 3. num. 7.*
ſibi

ſibi contrarius *in repetit. ejusd. leg. num. 8.* Döring. *dict. num. 40.* Henr. Zoeſ.
in Commentar. ad Pandect. in dict. leg. num. 13. quod tamen intelligendum 388.
eſt, non in iis terminis, ubi quis ipſe ſibi munus aſſumſit, *l. non idcirco.
44. §. 1. ff. de Judic. l. 1. Cod. ne de ſtat. defunctor.* & *l. ſi conſtet. 12. ff. de appella-
tion.* ſed in his, quando aliquis eſt creatus ab eo, qui habet poteſtatem 389.
creandi, v. gr. à Principe; in perſona verò Notarii eſt vitium, vel im-
pedimentum, quod creans tollere, & de eo diſpenſare poſſet, ſi ſciret,
tradit Farinac. *part. 5. quæſt. 155. num. 91.* Brunnemann. *ad dict. l. Barbarius. 3.
num. 3.* Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. dict. loc.* vel etiam, quando quis No- 390.
tariatum exercet ſciente & patiente Superiore, habente poteſtatem cre-
andi Notarium, Pacian. *de Probation. lib. 2. cap. 21. num. 33.* Farinac. *dict. quæſt.
155. num. 96.* Brunnemann. *dict. loc. num. 4.* plures ampliationes vid. apud
Zoeſ. Wiſſenbach. & Hahn. *dict. loc.* Principem inidoneum, vel inhabi- 391.
lem promovendo, videri de ejus habilitate diſpenſare, modò Princeps
ſciat inhabilitatem, vel defectum, isque talis ſit, in quo à Principe
diſpenſari poſſit, docet Zoeſ. *ad dict. l. Barbarius. 3. num. 9.* & ad eandem
Brunnemann. *num. 7.*

Acta per Judicem recuſatum, poſt recuſationem facta, ſunt ipſo 392.
jure nulla, poſt plurimos à ſe citatos Anton. Gabriel. *in Commun. Conclu-
ſion. de Judiciis, lib. 2. concluſ. 5. num. 1.* licet aliud obtineat Jure Canonico, 393.
niſi appellatum fuerit, Gabriel. *ibid. num. 2. & 3.*

Illud verò limitatur (1.) ſi Pars poſt oppoſitam recuſationem, co- 394.
ram Judice recuſato litigaret, quia tunc recuſationi videretur renun-
ciaſſe, Gabriel. *dict. concluſ. 5. num. 4.*

Limitatur (2.) quando poſt oppoſitam recuſationem Judex de 395.
commiſſione ſibi à Papa (vel Principe) factâ in cauſa procederet, cùm
is poſſit cauſam Judici ſuſpecto committere & recuſationem tollere,
Gabriel. *dict. concluſ. 5. num. 5.*

Limitatur (3.) quando recuſatio non eſſet in Scripturam redacta, 396.
ceu probatur *in l. apertiſſimi. 16.* ibi: *Libello recuſationis. Cod. de Judic.* Gabriel.
dict. concluſ. 5. num. 6.

Limitatur (4.) ſi recuſatio eſſet oppoſita poſt concluſionem in 397.
cauſa factam, per *dict. l. apertiſſimi. 16. Cod. de Judic.* Gabriel. *dict. concluſ. 5.
num. 7.*

Quod tamen ſublimitatur [1.] niſi cauſa ſuſpicionis ſuperveniat 398.
poſt concluſionem in cauſa factam, vel tunc demum ad notitiam recu-
ſantis perveniret, per *text. in cap. Paſtoralis. 4. de Exception.* & *l. 2. Cod. de Con-
ſort. ejusd. lit.* Gabriel. *dict. concluſ. 5. num. 8.* quod adeo procedit, ut etiam 399.
ſolo Juramento probari poſſit cauſam ſuſpicionis de novo superveniſſe,
Gabriel. *dict. loc. num. 9.* G 2 Subli-

400. Sublimitatur [2.] quando exceptio recuſationis concerneret de-
fectum naturæ, quia tunc ſemper opponi poteſt, Gabriel. ibid. num. 10.
401. Acta per Procuratorem illegitimum admiſſum non valent, Ber-
tach. poſt Bartol. in l. penult. §. ad crimen. 1. in fin. verſ. quæro quid ſi. ff. de publ.
Judic. diſſent. Bald. in l. ita demum. 13. Cod. de Procurator. verſ. ſed quid dicemus.
402. ſtatuens omninò tenere Proceſſum, quouſque adverſus Procuratorem
excipiatur, eamque opinionem communem dicit, vid. Döring. dict. verb.
403. Acta Judicii, num. 161. Acta ex defectu mandati nulla, per ſubſequentem
ratificationem convalidantur, l. licet. 56. ibique Bartol. ff. de Judic. David
Döring. dict. loc. num. 162. Acta facta per Procuratorem revocatum an
valeant? vid. Marta Neapolitan. in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta, cap. 15.
404. Acta cum Minore, vel ejus Procuratore non legitimo valent qui-
dem in Minoris favorem atque commodum, Gait. de Credit. cap. 2. tit 7.
405. num. 1985. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 274. non verò ad præ-
judicium illius, l. non eo minus. 14. Cod. de Procurator. David Döring. dict.
406. verb. Acta Judicii, num. 146. imò Acta nulla etſi utiliter fabricata fuerint
pro Minore, ſi per Adverſarium ante Sententiam dicantur nulla, ne-
407. quaquam ſuſtinentur, Gait. ibid. David Döring. dict. loc. num. 275. Acta
facta cum perſona inhabili, puta Pupillo, poſſunt unicâ Citatione &
Audientia cum perſona habili repeti, & redintegrari, Döring. dict. loc.
num. 28.
408. Licet Partes litigantes Acta Judicii non ſubſtantialia poſſint ratifi-
409. care, David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 26. Acta tamen ſubſtan-
tialia à Lege pendent, non verò ab arbitrio & conſenſu Partium, ut
illa queant omittere, vel nulla ratificare, cap. unic. de lit. conteſtat. cap. du-
dum. 22. de election. l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. 1. Vant. de Nullitat. Proceſſ. tit. 14.
num 18. Cardinal. Tuſch. lit. A. concluſ. 94. num. 1. Döring. in verb. Acta
410. Judicii, dict. num. 26. & 243. idem eſt in Criminalibus, David Döring.
num. 27.
411. Unde in Proceſſu Criminali non poteſt ſequi condemnatio valida,
ſi Proceſſus eſt nullus, etiam Partium conſenſu, Cardinal. Tuſch. dict.
412. concluſ. 94. num. 2. ſi tamen dubitatur probabiliter, an Subſtantialia in-
tervenerint, tunc ſtatur confeſſioni Partium, David Döring. dict. num. 27.
in fin. & num. 264.
413. Reſtringitur illud Primò, quoad Supremos Judices, quia hi non
adſtringuntur ad Solennia Judicii, Cardinal. Tuſch. dict. concluſ. 94. num. 3.
414. Reſtringitur Secundò, quoad Teſtes examinatos Parte non citata;
nam ſi hæc conſenſit, ut probent, poteſt valida Sententia ferri, Tuſch.
ibid. num. 5.

Reſtringitur Tertiò, ut, licet Partes nequeant validare Acta nulla, & 415.
Sententiam nullam quò valeant quà talia, poſſint tamen obligare ſeſe
ad invicem de illis parendo, in vim Pacti & Conventionis, Vant. de
Nullitat. Proceſſ. dict. tit. 14. num. 18. Cardinal. Tuſch. dict. concluſ. 94. num. 5.
Döring. dict. num. 26. & 27. Acta nulla poſſunt reconvalidari per Princi-
pem refuſis tamen Expenſis Parti adverſæ, Borgnin. Cavalcan. deciſ. 25.
num. 22. & 23.
Ad Contraria Actorum quoque referuntur Acta cancellata, utpote 416.
quæ nullam faciunt probationem, nequidem ſemiplenam, ſecundùm
Maſcard. de Probation. lib. 2. concluſ. 740. num. 7. præſertim ſi Additiones ſcri- 417.
ptæ reperiantur diverſo atramento, Menoch. de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2.
centur. 2. caſ. 187. num. 35. Maſcard. dict. concluſ. 740. num. 18. David Döring.
dict. verb. Acta Judicii, num. 149. niſi Notarius, vel is, à quo Cancellationes 418.
proceſſerint, in fine hæc verba ſubjunxiſſet: Quòd ſupra cancellatum vel in-
ductum eſt in tali loco, id ego feci manu propria. Anton. de Amat. deciſ. 80. num.
5. & 6. David Döring. dict. num. 149. vid. quoque Mejer. in Colleg. Argen-
torat. tom. 1. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 18. ibique in Annotation. Tabor.
Acta cauſæ corrumpens crimen falſi contrahit, & totam cauſam 419.
amittit, l. in fraudem. 45. §. quoties. 7. ff. de Jure Fiſci. Covarruv. cap. quam-
vis pactum. 10. de pact. Jul. Clar. in Practic. Civil. & Criminal. §. falſum. Gail.
lib. 1. obſervat. 134. num. 25. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 163.
De pœna ejus, qui Acta delet, falſificat, diſſigillat, vid. Vant. de 420.
Nullitat. tit. de nullitat. ex defect. Proceſſ. num. 141. Peregrin. in tractat. de Privi-
leg. Fiſci, lib. 39. num. 7. & Döring. num. 164. ſed quid, ſi eum, qui ejuſmodi 421.
Acta produxit, pœnituerit, & Scripta iſta, vel ſtatim laceraverit, vel ſal-
tem occultaverit; an nihilominus pœnâ falſi teneatur? Priori caſu, ſi 422.
quis ſcilicet laceraverit, non pœnâ falſi, ſed pro arbitrio Judicis extra-
ordinariâ afficiendus erit, Menoch. de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. centur. 3.
caſ. 306. num. 14. cùm iſta falſitas nemini ſit nocibilis: Altero caſu hæc
erit pœna, ut iſtud Scriptum de cætero & in futurum nullam fidem me-
reatur, quamvis ipſe crimen falſi vix evitare queat, Döring. dict. loc.
num. 165. Acta lacerantis pœna quæ ſit? vid. Marta Neapolitan. in Digeſt.
noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 20.
Acta manca & imperfecta etiam rejiciuntur, Mynſing. centur. 2. ob- 423.
ſervat. 16. atque Judex Parti ex hoc damnum ſentienti ad intereſſe tene- 424.
tur, Mynſing. centur. 1. obſervat. 11. & centur. 2. dict. obſervat. 16. Gail. lib. 1.
dict. obſervat. 134. num. 14. Marta Neapolitan. in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta.
cap. 16. Jacob. Ayrer. in Hiſtor. Proceſſ. Jur. part. 1. cap. 2. obſervat. 1. num. 14.
Chriſtinæ. volum. 1. deciſ. 254. num. 15. Speidel. lit. G. verb. Gerichts-Acta, num. 79.

David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 162.* Richter. *part. 3. deciſ. 113. num.*
425. *10. 18. 19.* & *deciſ. 127. num. 1. & 2.* Suisque propriis ſumtibus ſupplere debet,
ex Ordinatione Cameræ Imperialis part. 3. tit. 31. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 51. num. 14.*
426. *& 17.* Chriſtinæ. *dict. loc.* niſi citra Judicis culpam diſcerpta, vel aliàs
427. manca fuerint, Chriſtinæ. *ibid.* & David Döring. *dict. num. 162.* Ob Acta
non legitimè ſcripta, an mulctandus quoque Judex inferior? vid. Gail.
dict. num. 14. Mynſing. *centur. 2. dict. obſervat. 16. in fin.* Dav. Döring. *in verb.*
Acta Judicii, num. 24. & *dict. num. 162. in fin.*

428. Alleganti Actorum defectum, & reſtaurationem petenti, proba-
tio incumbit, Gail. *dict. obſervat. 134. num. 15.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 22.*
429. Mev. *part. 5. deciſ. 137. num. 4.* probatur autem ille defectus, per inſpectio-
nem Actorum: nam editis Actis, quod in iis ſcriptum non reperitur,
omiſſum eſſe, adeoque nunquam interveniſſe intelligitur, Vant. *de Nul-
litat. Proceſſ. tit. 12. num. 14.* Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 153.* Mev.
dict. loc. Richter. *dict. part. 3. deciſ. 127. num. 32. & 33.* de quo vid. plenius
infrà *Cap. III. de Editione Actorum.*

430. Quando Acta Judicii planè amiſſa, vel perdita ſunt, quomodo ſuccurritur Parti? ℞. Diſting. inter Perſonam Judicis, ſive Notarii concipientis & litigantium, ut ſi à Judice perdita ſint, præter pœnam cauſæ damnum ipſe reſarciat: Idem eſt in Notario, quanquam ſatius eſſe videatur, Partem impetratâ reſtitutione ex generali clauſula, *ſi qua juſta, &c.* Teſtes potius reproducere, quàm adverſus Judicem ad intereſſe agere, niſi Teſtes mortui ſint: ſin autem à Partibus, & quidem ab eo, contra quem producuntur, perdita ſint, refuſis Expenſis iterum producantur. Quod ſi ab ipſo producente, ipſe ſibi imputet, nec amplius audiatur: niſi probare poſſit, perdita fuiſſe Acta ſine ſuâ culpâ, Speculat. *de Teſtibus,* §. *ſatis utiliter. 8. verſ. Sed quid ſi Teſtibus. num. 12.* Döring. *dict. num. 162.* Marta Neapolitan. *in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 5.* ubi tradit, quod, quando de neutrius partis culpa conſtat, is teneatur Acta perdita exhibere, qui intentionem ſuam ſuper iis vult fundare.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.
De Protocollo.

SUMMARIA.

1. *Protocollum ſub Actis latè acceptis comprehenditur.*
2. *Nomen* Protocollum *unde derivetur.*
3. *Id, quod antiquitus in Glutine, ſeu Cera per Tabulas extenſa ſcribebatur, nominatum fuit Protocollum; deinde quoque appellatum, quod breviter & ſuccinctè annotatum, ut poſtea extendi poſſit.*
4. *Protocollum olim denotavit rerum annotationem in pura charta factam, quæ declarabat, quo comite largitionum, quo tempore & à quo chartæ fuiſſent præparatæ & probatæ.*
5. *Sub cura comitis largitionum fuerunt res chartariæ.*
6. *Protocollum hodie ſumitur pro Codice, in quo Notarius publicus Actuum coram ſe geſtorum ſubſtantiam annotat.*
7. *Protocollum Notarii aliud eſt Imbreviationis, aliud Extenſionum.*
8. *Notarii plerumque duplex Protocollum conficiunt, cæteratum & iteratum, rude & mundum ſeu extenſum.*
9. *Quomodo Protocollum rude, ſive cæteratum Italis vocetur.*
10. *Quomodo à Gallis appelletur.*
11. *Quomodo ab aliis nominetur.*
12. *Protocollum Imbreviationis, cæteratum ſeu rude deſcribitur.*
13. *Alia deſcriptio.*
14. *Tertia deſcriptio.*
15. *Protocollum Extenſionis deſcribitur.*
16. *Alia ejus deſcriptio.*
17. *Notarius, qui primam Scripturam confecit, ac plerumque breviter perſcripſit, hac nota:* &c. *pluribus locis ſubjecta, ex intervallo Inſtrumentum in ampliorem formam & longiores clauſulas extendere poteſt & quomodo?*
18. *Notarius credendus eſt interpretationem facere ex Teſtatoris aut Contrahentis voluntate.*
19. *Si ab alio Notario, quam qui ſtipulatus eſt, extendatur Scriptura Inſtrumenti, quatenus ei liceat clauſulas interſerere, vel quicquam ſupplere aut interpretari.*
20. *Notarius Protocollo mortui nihil poteſt addere vel minuere in authenticatione.*
21. *Protocollo imperfecto per Notarium nihil addi poteſt circa ea, quæ ſunt de ſubſtantia.*

22. *Protu-*

22. *Protocollum Notarii plenam fidem facit.*
23. *Majorem habet auctoritatem, quam quod ex illo expeditur.*
24. *Quando Inſtrumentum à Protocollo diſcrepat, tunc recurrendum eſt ad Protocollum, illique velut Originali ſtandum.*
25. *Si inter Notarii Protocollum & Inſtrumentum appareat differentia, illius ceu Matricis potior eſt fides.*
26. *Protocollum tum demum, quando rite confectum eſt, eam auctoritatem obtinet.*
27. *Protocollum debet habere omnes Solemnitates requiſitas, ut ex eo poſſit Inſtrumentum publicum fieri.*
28. *Quænam ſint Solemnitates Protocolli?*
29. *Hoc ex conſuetudine petendum.*
30. *Protocollum non debet eſſe cancellatum, defectuoſum aut imperfectum.*
31. *Cancellatio quomodo fidem minuat.*
32. *Protocollum adeò imperfectum, ut ex illo non appareat de voluntate Partium aut circumſtantiis actus geſti, nullum eſt, nec probat.*
33. *Protocollum imperfectè ſcriptum non poteſt vocari publicum Inſtrumentum, niſi adſit dictio cæterata.*
34. *Super Protocollo imperfecto pronunciari non debet, antequam fides plena ipſi conciliata, vel ſuppleta ſit.*
35. *Protocollum Judiciale quid ſit?*
36. *Alia illius deſcriptio.*
37. *Protocollum Judiciale per quem conſcribatur.*
38. *Materia Protocolli quæ?*
39. *A Judice prolata vocantur Sententiæ.*
40. *Quæ Partes litigantes, vel eorum Procuratores in Judicio oraliter proponunt, vocantur Receſſus.*
41. *Quomodo Germanicè vocentur?*
42. *De Officio Actuarii & quid in Protocollo ab eo annotari debeat.*
43. *Modus ſeu forma Protocolli conficiendi.*
44. *Quæ occurrunt, competenti ordine ſunt annotanda ab Actuario Judicii, cum deſignatione Loci, Temporis & Perſonarum.*
45. *Sicut Notarius, ita & Judex præcisè tenetur ſequi Protocollum, nec poteſt quicquam extra illud addi vel minui.*
46. *Judex ad ea quæ in Actis conſignantur, adſtringitur.*
47. *Judicum non eſt Acta facere, ſed ea obſervare, & ſecundùm ea judicare.*
48. *Inter Acta publica Protocollo maxima fides tribuitur.*
49. *Et quidem major, quàm Judicis nudæ, multò magis à Protocollo alienæ aſſertioni in Decreto, vel Inſtrumento Judiciali.*
50. *Protocolli plenæ, Judicis aſſertionis tantum ſemiplena fides eſt.*

51. *Proto-*

51. *Protocolla Judicialia habent fidem Actorum Judicialium, atque ita plenam fidem faciunt inter Partes.*
52. *Ea fides nititur tum Conſtitutione Judicii, tum Conſenſu Partium.*
53. *Adverſus integrum Protocollum Judicis dictum alienum, ſeu contrarium fidem non facit.*
54. *Ubi defectus reperitur in Protocollo, perit illius fides, magisque ſtatur Judicum, præſertim plurium aſſertioni, donec contrarium probetur.*
55. *Pro Actis publicis & Protocollis Judicialibus ſtat præſumptio.*
56. *Contra Protocollum locum reperit contraria probatio erroris.*
57. *Protocollum mancum & imperfectum, ſive quoad Solemnitatem, ſive Partium Voluntatem, fidem amittit.*
58. *Protocollum adeò imperfectum, ut ex illo non appareat ſatis de Voluntate Partium, aut circumſtantiis actus geſti, nullum planè eſt, nec ei ſtatur.*
59. *Super Protocollo imperfecto pronunciari non debet, antequam fides plena & ipſi conciliata & ſuppleta ſit.*
60. *Sententia ſine probatione lata nulla eſt.*

HActenus dictum eſt de Actis ſtrictè ſumtis quæ Protocollo opponuntur, ſequitur nunc Protocollum, quod ſub Actis latè acceptis comprehenditur, Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 63. num. 11. in fin. & num. 12.* 1.

Nomen Protocollum eſt compoſitum ex græca voce πρῶτος, id eſt primus, & voce κόλον, id eſt membrum, ſeu potius κόλλα, id eſt Gluten, Jacob. Blum. *dict. tit. 63. num. 3.* Joh. Otto Tabor. *in Annotat. ad Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 18.* 2.

Nam id, quod antiquitus in Glutine, ſeu Cera, quæ per Tabulas extenſa erat, ſcribebatur, nominatum fuit Protocollum, quaſi diceres prima Conglutinatio, ſeu Concinnatio, hinc deinde Protocollum quoque appellatum, quod breviter & ſuccinctè primò annotatum, ut poſtea extendi, & in melius componi poſſit, Calvin. *in Lexic. Jurid. voc. Protocollum.* Blum. *dict. loc.* 3.

Et quanquam Protocollum olim denotaverit brevem quandam 4.
annotationem in pura charta factam, quâ declarabatur, quo comite 5.
largitionum (ſub cujus cura erant res chartariæ) quo tempore, & à quo chartæ fuiſſent præparatæ, vel prolatæ, ut falſitas, ſi quæ fuiſſet in Inſtrumento poſtea inibi deſcripto commiſſa, facilius convinceretur, Cujac. *ad Novell. 44. in fin.* Gothofred. *ad rubric. dict. Novell. 44.* Rittershuſ. *in Novell. part. 9. cap. 24. num. 4.* Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 24. theſ. 10. lit. A.* Colleg. Argentorat. *tom. 1. dict. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 3. num. 3. & theſ. 18.*

 hodie

6. hodie tamen longè aliâ notione uſurpatur, & ſumitur pro Codice, in
quo Notarius publicus Actuum coram ipſo geſtorum ſubſtantiam an-
notat, Blum. *dict. tit. 63. num. 4.*

7. Hoc Notarii Protocollum duplex eſt, aliud Imbreviationis, aliud
Extenſionum, Colleg. Argentorat. *dict. tit. de fide Inſtrumentor.* Caſp. Man-
8. zius *in Centur. Deciſion. Palatin. decad. 6. quæſt. 55. num. 14.* Non raro enim du-
plex Protocollum in rebus præſertim gravioribus conficiunt, cæteratum
& iteratum, vel latinius rude & mundum, ſive extenſum, Joh. Jacob.
Speidel. *in Specul. Jurid. Polit. Philolog. Hiſtor. Obſervation. lit. P. num. 110. verb.*
9. *Protocoll.* illud Italis Broviliard, Baſtardellus, vel Baſtardellum, Cardinal.
10. Tuſch. *Practicar. Concluſion. tom. 6. concluſ. 945. num. 2.* Gallis Bordorellum,
11. Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 47. tit. 42.* aliis autem Bo-
liardus, Breve, Minuta, Breviarium, Abbreviatura, Summaria, Ru-
brica, Regeſtum, Regiſtrum, Index, Matrix, Originale, Archetypus,
Authenticum, Epitome, Liber Rogatuum, Scheda, Nota, Jactus, Ma-
nuale vocatur, de quibus latè Tholoſan. *dict. loc.* Joh. Althuſ. *in Dicæolog.
lib. 3. cap. 42. num. 49.* Tabor. *in Annotation. ad Colleg. Argentorat. loc. citat.* in
quibusdam locis Germaniæ ein Chapelier, Manzius *dict. quæſt. 55. num. 34.*
12. & nihil aliud eſt, quàm Conceptum, ſeu Imbreviatura (ceu primum
Exemplar Actorum) cui id, quod agitur à Notario inſcribitur, & ex qua
poſtea Inſtrumentum in mundum redigitur, *Conſtitut. Maximiliani I. de
Notar. de Anno 1512. tit. 1.* §. Fürter ſo befehlen Wir ꝛc. 5. Colleg. Argento-
rat. *dict. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 3.* & *dict. theſ. 18.* Mev. *part. 1. deciſ. 119.*
13. *num. 1.* vel ita deſcribitur: quod in ipsâ Partium præſentiâ, inque ipſo
viſus & auditus negotio, pro loci fortè, vel temporis ratione, rudi &
properante calamo multis etiam Notis & Abbreviationibus concipitur,
14. Speidel. *dict. num. 110.* item ſummaria quædam geſti Actus annotatio, quâ
Notarii publici, ſeu Scribæ Acta, & Subſtantialia Negotiorum memo-
riæ cauſa breviter & ſuccinctè, ut ſe habent, comprehendunt, unde
poſtea Inſtrumentum latius in ſolenni forma conficitur, Joh. Emeric. à
Rosbach. *in Prax. Civil. ſive Proceſſ. Judiciar. tit. 62. num. 7.* Althuſ. *dict.
num. 49.*

15. Protocollum Extenſionis eſt, in quo Copiæ regiſtratæ extenſorum
Inſtrumentorum plenè quoad verba concordantes cum editis Inſtru-
mentis habentur, *dict. Conſtitut. Maximiliani I. tit. 1.* §. Fürter ſo befehlen
16. Wir ꝛc. 5. Colleg. Argentorat. *dict. theſ. 18.* vel quod deinde pro certiore
Inſtrumenti extenſione, integris Literis in ipſo Protocolli Libro mundè
deſcribitur, quamvis in ipſo Actu Partibus præſentibus, ſæpè mundo
ſtatim Protocollo omnia notentur, ubi id per otium loci & temporis
fieri

fieri poteſt, quod ipſum melius eſt, Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2.
cap. 69. num. 15.* Speidel. *dict. loc.*

Notarius, qui primam (& ut vocant Matricem Inſtrumenti) Scri- 17.
pturam confecit, ac pleraque breviter, ut moris eſt, perſcripſit hac no-
tâ, *&c.* pluribus locis ſubjectâ, de qua vid. latè Samuel. Stryck. *in Diſſer-
tat. Jurid. de Et cætera. per tot.* poteſt quidem in ampliorem formam, & in
longiores clauſulas Inſtrumentum extendere ex intervallo, ſed ita ta-
men, ut nihil ſuppleat, quod ad Actus vel Negotii de quo agitur, ſub-
ſtantiam pertineat, Stryck. *dict. Diſſertat. cap. 1. num. 23.* vel accidentia,
quæ à Partibus non fuêre expreſſa, vel etiam quæ comprehenduntur,
ſub Oratione diverſa & ſeparata, item Solennitates Inſtrumenti, Stryck.
dict. loc. Verùm Clauſulas duntaxat conſuetas adjiciat, aut, ſi quæ ſunt
verba ambigua, vel ita generalia, ut commodam interpretationem ad-
mittant, ea interpretetur, Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 18. definit. 18. num. 1.
& 2.* Credendus enim eſt, ſi bonæ & probatæ famæ ſit, eam interpre- 18.
tationem facere ex Teſtatoris, aut Contrahentium voluntate, quam
habeat perſpectam, Anton. Faber *dict. definit. 18. num. 3. & 4.* ſed ſi ab alio 19.
Notario, quàm qui ſtipulatus eſt, extendatur Scriptura Inſtrumenti?
Hactenus ei licet, ut Clauſulas conſuetas interſerat juxta eum ſtylum,
quem defuncto Notario conſtat fuiſſe familiarem, non etiam, ut quic-
quam ſuppleat, vel interpretetur, Anton. Faber *dict. definit. 18. num. 5.* vid.
Stryck. *dict. Diſſertat. de Et cætera. cap. 5. num. 16. & 17.* ubi tali in caſu Judi-
cis conſenſum & authoritatem quoque requirit. Notarius Protocollo 20.
mortui nihil poteſt addere, vel minuere in authenticatione, Cardinal.
Tuſch. *tom. 6. dict. concluſ. 945. num. 6.* nec addi poteſt per Notarium Pro- 21.
tocollo imperfecto circa ea, quæ ſunt de ſubſtantia, & fuerunt omiſſa,
prout Dies, Conſul, Locus, Notarius & ſimilia, & ſi adderet etiam,
quia recordaretur, tunc præſumeretur machinatio, Tuſch. *dict. concluſ.
945. num. 9.*

Magna aliàs vis eſt Protocolli Notariorum, plenam quippe fidem 22.
facit, Cardinal. Tuſch. *dict. concluſ. 945. num. 10.* Rutger. Ruland. *de Com-
miſſar. part. 2. lib. 5. cap. 7. num. 9.* Althuſ. *in Dicæolog. lib. 3. cap. 43. num. 50. &
51.* Mev. *part. 1. deciſ. 119. num. 2.* majoremque habet auctoritatem, quam 23.
quod ex illo expeditur, ita ut, cùm inter ſe hæc contrariantur, magis
ſtetur Protocollo, per *text. in l. ſi quis ex argentariis. 6. §. penult. & ult. ff. de
edendo.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1243. num. 2.* & *concluſ. 1250. num. 1. & ſeqq.*
Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 16. definit. 24.* Althuſ. *dict. loc.* Carpzov. *in
Jurisprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 47. definit. 44.* Mev. *dict. deciſ. 119. num. 3.*
quando ergò Inſtrumentum à Protocollo diſcrepat, tunc recurrendum 24.

eſt

eſt ad Protocollum, & illi velut Originali ſtandum, Colleg. Argento-
rat. *dict. tit. de fide Inſtrumentor. theſ. 18.* Caſpar. Manzius *in Centur. Deciſion.*
Palatin. decad. 6. quæſt. 55. num. 27. 31. & 57. Mev. *part. 8. deciſ. 479. num. 4.* ubi
25. ſcribit, quod ſi inter Notarii Protocollum & Inſtrumentum appareat
differentia, illius ceu Matricis, potior ſit fides. Nam cujuscunque rei
origo eſt ſpectanda, à qua tanquam à fonte cætera omnia profluunt.
Ex quo etiam fit, ut ſicuti ſtandum potius eſt Protocollo quàm Inſtru-
mento, ita & magis Matrici Scripturæ potius quàm Protocollo, Anton.
26. Faber *dict. definit. 24. num. 5.* Carpzov. *dict. definit. 44. num. 4.* At ita demum
eam authoritatem obtinet, ſi ritè confectum, Mev. *part. 1. dict. deciſ. 119.*
27. *num. 4.* Cardinal. Tuſch. *tom. 6. dict. concluſ. 945. num. 4.* ubi tradit debere
Protocollum habere omnes Solennitates requiſitas, ut ex eo poſſit In-
ſtrumentum publicum fieri, Anton. Faber *in Cod. dict. tit. 16. definit. 21.*
28. Carpzov. *dict. definit. 44. num. 5.* videlicet Subſcriptionem Notarii, Signum
ipſius, Rogationem, Publicationem, Locum & Tempus celebrati Con-
tractus, Althuſ. *in Dicæolog. dict. num. 51.* Carpzov. *dict. definit. 44. num. 6.*
29. & Mev. *dict. num. 4.* ubi ſcribit, ex conſuetudine petendum eſſe, quæ
illius Solennitas vel Requiſita ſint.
30. Item non debet eſſe cancellatum, defectuoſum, aut imperfectum,
31. Mev. *dict. deciſ. 119. num. 5.* Cancellatio quomodo fidem minuat, vid.
32. Maſcard. *dict. concluſ. 1250. num. 12. & ſeq.* & Althuſ. *dict. loc.* Protocollum
adeò imperfectum, ut ex illo non appareat ſatis de voluntate Partium,
aut circumſtantiis Actus geſti, nullum planè eſt, nec probationem facit,
nec ei ſtatur, Maſcard. *dict. concluſ. 1250. num. 4.* ubi hoc declarat, Menoch.
de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. caſ. 187. num. 20. Mev. *dict. deciſ. 119. num. 6.* Car-
33. dinal. Tuſch. *tom. 6. dict. concluſ. 945. num. 8.* ubi ſcribit, quod, ſi ſit imper-
fectè ſcriptum, ut quia plus fuerit in intentione Contrahentium, quàm
ſcriptum, non poſſit relevari publicum Inſtrumentum, ex eo niſi adeſ-
34. ſet dictio cæterata. Ex his vitiis perit, aut infringitur illius fides, atque
ideò ſuper Protocollo tali pronunciari non debet, antequam fides ple-
na ipſi conciliata, vel ſuppleta ſit, Mev. *dict. deciſ. 119. num. 6.*
35. Protocollum nominatur Codex, in quo Actuarii, (id eſt Scribæ
Judiciarii) verba Litigantium & Judicis, ac reliqua in Judicio geſta de-
ſcribunt, atque hoc ſenſu hic accipitur, Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit.*
36. *63. num. 4.* item Protocollum dicuntur Literæ, complectentes ea, quæ à
Partibus, vel Judice oretenus in Judicio proferuntur, Blum. *dict. tit. 63.*
num. 14.
37. Protocollum Judiciale conſcribitur per Perſonam publicam, ſcili-
cet Notarium, Actuarium, Secretarium, vel aliam Perſonam ad hoc
depu-

deputatam, *cap. 11. X. de probation.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 34. 35. & ſeqq.*
Blum. *dict. tit. 63. num. 4.* Richter. *deciſ. 113. num. 20. 38. 39.* & *deciſ. 127. num. 15.*
Materia, circa quam, ſive objectum Protocolli ſunt ea, quæ à Par- 38.
tibus, vel Judice, oretenus in Judicio proferuntur, ſive verba Litigan-
tium, & Judicis, ac reliqua geſta in Judicio, Blum. *dict. tit. 63. num. 4.*
& 14. à Judice ſi quæ prolata, vocantur Sententiæ, Blum. *dict. num. 14.* 39.
de quibus vid. Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 2. tit. de re judicat. theſ. 49. 50.*
51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & ſeqq. Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 1. conſtitut.*
26. per tot. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 27.* Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1.*
cap. 67. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75.* Amad. Eckolt. *tit. de re judicat. §. 5. & ſeqq.*
Fibig. *Proceſſ. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 18.* ibique *in Obſervat. Suenden-*
dörffer.
Quæ Partes litigantes, vel eorum Procuratores proponunt, quando 40.
ſcilicet Scripta & Adjuncta in Judicio mediante orali Proloquio exhi-
bent, vel etiam contra eadem, nonnunquam eodem Proloquio medi-
ante excipiunt, atque alia peragunt vulgò vocantur Receſſus, Blum. *dict.*
tit. 63. num. 14. & 40. Germanicè Mündliche Handlung / Mündlich Vor- 41.
bringen / ein Vortrag / Mündlicher Vortrag / *Concept. Ordinat. Cam. part. 3.*
tit. 49. rubric. Blum. *dict. tit. 63. num. 41. 42. 43. 44. 45. & ſeqq.*
In Protocollo Judiciali ergò à Secretariis, vel Actuariis ſcribi, & 42.
annotari debet, quid Audientiâ, vel Judicio actum, quomodo factum
propoſitum ab Actore, quid reſponſum à Reo, quid hic confeſſus,
qualia media compoſitionis à Judicibus, Partibus propoſita, quæ Ra-
tiones Decidendi fuerint, Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 81.* (1.) Ut
vera Narratio Facti haberi poſſit, cùm Factum in Scripturis judicialiter
exhibitis plerumque aliter narretur, & non Jus ad Factum, ſed Factum
ad Jus accommodetur. (2.) Ut ſciamus an Reus quid fuerit confeſſus,
cùm ſæpè fieri ſoleat, ut Reus aliquam circumſtantiam Facti, præſens in
Judicio fateatur, quam tamen poſtea, aliter informatus negat. (3.) Ut
Sententia lata ex iis, quæ in Judicio per Advocatos præſentibus Partibus
dicta ſunt, interpretationem recipiat. (4.) Ut ſciat Judex an æquitati
conſona media Tranſactionis fuerint Parti propoſita, quò Judex intel-
ligere poſſit, an Reſtitutione Expenſarum punire debeat, fortè quòd
admonita Pars æquis conditionibus aures præbere reſpuerit, & quæ aliæ
utilitates eſſe poſſunt, Brunnemann. *dict. cap. 2. num. 81.*
Solet autem Protocolli Inſcriptio duplex eſſe. Alii enim Secretarii 43.
ſolent ſeorſim conſcribere, quid ſingulis diebus toto tempore, quo lis
pependit, à Partibus dictum fuerit, & quæ Decreta, quæque Sententiæ
ſingulis diebus, à principio litis, ad finem uſque à Judicibus latæ fuerint,

& Protocollum reliquis Actis ſcriptis præfigere, & huic poſtea Partium
ſcripta exhibita ſubjungere. Nonnulli verò ſolent mox Protocollum,
ſeu uti alii vocant Regiſtraturam, mox Scriptum aliquod, v. gr. Libel-
lum, Exceptionem, Petitionem Dilationis, mox Decretum ordine na-
turali collocare.

Sed quocunque ordine diſponatur Protocollum, nihil intereſt,
modò omnia fideliter ad Acta referantur, quid ſingulis diebus actum
ſit, etiam in Audientiis, quæ pendente etiam Proceſſu ordinario, ſuper
quæſtionibus incidentibus inſtitui ſolent, Brunnemann. *dict. cap. 1.
num. 82.*

44. Quæ occurrunt competenti ordine ſunt conſcribenda, & ab Actua-
rio Judicii annotanda ita, ut Loca, Tempora, & Perſonæ deſignentur,
Richter. *part. 3. deciſ. 126. num. 2.*

45. Sicut Notarius, ita & Judex præciſè tenetur ſequi Protocollum,
nec poteſt quicquam extra illud addi, aut ex eo minui, Mev. *part. 8. de-*
46. *ciſ. 479. num. 2.* Judex ad ea, quæ in Actis ab electo Notario conſignan-
47. tur, adſtringitur, Mev. *part. 1. deciſ. 120. num. 2.* Judicum enim non eſt Acta
facere, ſed Acta obſervare, & ſecundùm ea judicare, *l. illicitas. 6. §. 1. ff.
de offic. Præſid.* Mev. *dict. loc.*

48. Inter Acta Judicialia Protocollis maxima fides tribuitur, Rutger.
Ruland. *de Commiſſar. part. 2. lib. 5. cap. 6. num. 14. & ſeqq.* Frider. Pruckmann.
49. *volum. 1. reſponſ. 14. num. 141.* Mev. *part. 8. deciſ. 479. num. 5.* & quidem major,
quàm Judicis nudæ, multò magis à Protocollo alienæ aſſertioni, in De-
50. creto, vel Inſtrumento Judiciali, Mev. *dict. deciſ. 479. num. 7.* illius enim
plena, hujus tantùm ſemiplena fides eſt, Panormitan. *in cap. cum. 1. num.*
51. *3. de fide Inſtrumentor.* Mev. *dict. loc.* Habent Protocolla Judicialia fidem
Actorum Judicialium, atque ideò ſin integra & incorrupta ſunt, ple-
nam fidem faciunt inter Partes, quoad ea, quæ ad Protocollum dictan-
52. tur, Ruland. *dict. cap. 6. num. 2. in fin.* ubi oſtendit eam fidem niti tum
Conſtitutione Judicii, tum Conſenſu Partium, & ideò irreprehenſibi-
53. lem, & conſtantem eſſe debere, Mev. *part. 1. deciſ. 120. num. 1.* ubi quo-
que tradit, adverſus integrum Protocollum Judicis dictum alienum,
54. ſeu contrarium, fidem non facere. Ubi verò defectus quidam reperi-
tur, ſi oſtendi poteſt, perit Protocolli fides, magisque ſtatur Judicum
præſertim plurium aſſertioni, donec contrarium probetur, atque
propterea Protocolli defectus, contra Sententiam illi innixam demon-
ſtrare intendens meritò audiendus eſt, Mev. *part. 1. dict. deciſ. 120. num.
4. & 5.*

Et

Et quamvis pro Actis publicis, ideoque & pro Protocollis Judicia- 55.
libus, quæ eorum vim habent, ſtet præſumtio, Rutger. Ruland. *dict. cap.
6. num. 21.* locum tamen reperit contraria probatio, præſertim erroris, 56.
Mev. *part. 1. dict. deciſ. 120. num. 3.*

Protocollum mancum & imperfectum, ſive quoad Solennitatem, 57.
ſive quoad Partium Voluntatem, fidem amittit, præſertim in omiſſis,
ſeu non ritè rectèque deſcriptis, Maſcard. *de Probation. concluſ. 1250. num. 40.*
Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. caſ. 187. num. 39. & ſeqq.* Mev. *part. 1.
dict. deciſ. 120. num. 4.* Imò Protocollum adeò imperfectum, ut ex illo non 58.
appareat ſatis de Voluntate Partium, aut circumſtantiarum Actus geſti,
nullum planè eſt, nec probationem facit, nec ei ſtatur, Menoch. *de Ar-
bitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. dict. caſ. 187. num. 20.* Maſcard. *de Probation. dict. concluſ.
1250. num. 4.* ubi hoc declarat Cardinal. Tuſch. *tom. 6. dict. concluſ. 945.
num. 8.* Mev. *part. 1. deciſ. 119. num. 6.* Ex his vitiis perit, aut infringitur il- 59.
lius fides, ideoque ſuper tali Protocollo pronunciari non debet, ante-
quam fides plena ipſi conciliata, vel ſuppleta ſit, Mev. *dict. deciſ. 119. num. 6.*
Eſt enim aliàs ſine probatione Sententia nulla, Mev. *dict. deciſ. 119. num. 7.* 60.
An Protocollum defectuoſum falſum nominans injuriarum teneatur?
ſive an verba hæc (Protocollum veſtrum eſt fictum vel falſum) caſu
quò Protocollum eſt defectuoſum, ob non ſervatam formam, vel
omiſſum unius, vel alterius Partis receſſum, importent injuriam? Ne-
gat Caſpar. Manzius *in Centur. Deciſion. Palatin. decad. 8. quæſt. 72. per tot.* ubi
num. 18. præjudicium allegat.

CAPUT TERTIUM.

De Editione Actorum & Protocolli.

SUMMARIA.

1. *Edere Acta quid ſit?*
2. *Neceſſitas Editionis Actorum Publicorum ſeu Judicialium unde introducta?*
3. *Actuarius Judicii an poſſit Acta edere, vel communicare ſine juſſu vel mandato Judicis.*
4. *Acta prioris Inſtantiæ Judex à quo edere tenetur.*
5. *Quando Judicium, vel Inſtantia mutatur, Acta in alio Judicio reproduci debent.*
6. *Judex à quo ad Editionem Actorum coram ſe geſtorum & conſcriptorum obligatur.*
7. *Ad inveſtigandam veritatis fidem.*

8. *An*

8. *An Acta edenda ſint à Judice, qui ad Sententiam à ſe latam exequendam alterius auxilium implorat? Diſtingu.*
9. *Una Pars debet quoque alteri exhibere Acta Judicialia, utpote communia, ſi ea poſſideat?*
10. *Omnia Inſtrumenta propria ad cauſam pertinentia Actor tenetur edere Reo.*
11. *An etiam illa quibus uſurus non eſt?*
12. *Etiam Fiſcus litigans cum eo, qui Editionem urget, Inſtrumenta edere tenetur.*
13. *Nonnullis caſibus Actor ad edendum cogi nequit.*
14. *Reus Actori Inſtrumenta edere non tenetur.*
15. *Quomodo in hoc caſu pronunciari ſoleat?*
16. *Judex de Syndicatu convictus Acta Judicialia contra ſe edere non tenetur.*
17. *Niſi indicia malè adminiſtratæ Juſtitiæ adſint.*
18. *Reus tenetur edere Inſtrumenta, quibus uſurus eſt, ad probandam ſuam Exceptionem pro fundanda Actoris Replicatione.*
19. *Reus tenetur edere Fiſco indiſtinctè omnia Inſtrumenta ad probandam intentionem.*
20. *In ſubſidium ſcilicet aliis probationibus deficientibus.*
21. *An etiam in cauſa capitali?*
22. *Ad quas cauſas præterea hoc Privilegium extendatur?*
23. *Limitationes & Exceptiones, quibus Reus ad edendum obligatur.*
24. *Acta Judicii debent edi indiſtinctè cuicunque intereſſe ſuum prætendenti.*
25. *Modò intereſſe petentis doceatur.*
26. *An hoc Juramento fieri poſſit?*
27. *Num Tertio, de cujus intereſſe non principaliter actum fuit, Copia Scripturarum neceſſariò communicandæ.*
28. *Acta prioris Inſtantiæ Judici Appellationis edi debent.*
29. *Omnia Acta Publica, ſive Civilia, ſive Criminalia, edenda ſunt.*
30. *Editionem Inſtrumentorum Fiſcus impetrare non poteſt ad fundandam Actionem in Cauſa Criminali.*
31. *Acta Criminalia poſt Accuſationem vel Inquiſitionem inſtitutam formata, Fiſco edenda ſunt.*
32. *Acta Criminalia, qui Fiſco non edit, præſumitur ſubtraxiſſe.*
33. *Acta & Inſtrumenta an contra Fiſcum ſint edenda?*
34. *Indicia, aliaque Acta Inquiſitionalia communicanda ſunt Inquiſito innocentiam ac defenſionem ſuam probare volenti.*
35. *Etiamſi ſummariè, & ex officio procedatur.*
36. *Acta Inquiſitionalia offerri debent etiam non petenti captivo Reo, ſeu Inquiſito ante Condemnationem.*
37. *Imò etiam ante Torturam.*

38. Quando

38. *Quando ſtatur adhuc in terminis Inquiſitionis generalis, Actorum Inquiſitionalium atque Indiciorum Editio fieri non debet.*
39. *Regula & Praxis proponitur.*
40. *Cum diſtinctione accipitur & admittitur.*
41. *Juris Allegationes, ſeu Conſilia debent Parti edi.*
42. *Dummodò Pars eas in modum Actorum Proceſſus præſentaverit.*
43. *Quando exhibentur, non ut inſtruant Proceſſum, ſed ad meram Judicis Informationem, non debent edi parti.*
44. *Allegationes Juris pro arbitrio petenti Parti edi poſſunt.*
45. *Niſi Conſuetudo certi quid hac in re induxerit.*
46. *Cui & quibus in cauſis ex Privilegio edendæ Juris Allegationes.*
47. *Num, cum Articulorum Probatoriorum editio fit, Reo una edenda Nomina Teſtium examinandorum.*
48. *Interrogatoria parti adverſæ ſive producenti ante Examen non ſunt communicanda.*
49. *Limitatur tribus modis ſeu caſibus.*
50. *Acta quomodo edenda.*
51. *Acta Originalia non debent edi Parti, nec Judici Appellationis, ſed tantùm Copia eorum edenda.*
52. *Acta Originalia debent manere apud Scriptores ad majorem fidem.*
53. *Acta Originalia Judicio ſunt affecta, & non tradenda Partibus, nedum illorum arbitrio.*
54. *An Inſtrumentorum in Judicio productum in Originali reſtituendum ſit? diſtingu.*
55. *An Inſtrumentum Mandati apud Acta remanere, an verò parti producenti reſtitui debeat?*
56. *De Actorum aſſervatione & eorundem exhibitione, remiſſivè.*
57. *Quomodo Acta Judicialia Exemplari & Partibus edi debeant?*
58. *An delegatus teneatur Acta Originalia tranſmittere deleganti ad ejus mandatum?*
59. *Hodie ſæpius à Judice inferiore Acta Originalia eduntur.*
60. *Acta Sumptibus petentis edenda.*
61. *Qui Acta primæ Inſtantiæ petit, pro præmio deſcriptorum Actorum cavere debet.*
62. *Editionis Actorum cura, impendia & onera Partibus, non Judici incumbunt.*
63. *Reproductio Actorum poſt mutatum Judicium cui incumbat?*
64. *Si utraque pars appellavit, utraque etiam pro ſua quota Acta redimere debet.*
65. *Judex ſuperior poteſt Judicem inferiorem, ut Acta moderato pretio edantur, monere.*
66. *Vel taxare.*
67. *Et quando immodicum exactum, reſtitutionem iniqui injungere.*
68. *Jure Camerali requiritur, ut Judex inferior in calce Actorum mercedem deſcriptionis exprimat.*

I 69. In

69. *In Camera ſingula Actorum folia binis ternisve cruciatis, ſigillatio verò floreno uno & ligatura ſemiſſe taxatur.*

70. *Ubi in Judiciis inferioribus pro Sumptibus Editionis Actorum deſideratur iniquum, aut inſolitum, Mandatum Sine Clauſula decernitur de edendis Actis pro condigno & ſolito Salario.*

71. *Non ſpectatur, quid Actuario in Supremo Judicio adſignetur, ſed quid in inferiore dari conſuetum.*

72. *Judicii Taxa & Stylus illius loci obſervatur, ubi Acta expediuntur, non quo remittuntur.*

73. *Taxa Sportularum, ad quam merces deſcriptionis pertinet, eſt Legislatoriæ poteſtatis, atque ideò pro lubitu eam ſtatuere inferioribus Judicibus integrum non eſt.*

74. *Pauperibus Acta gratis edenda ſunt.*

75. *Acta debent edi toties, quoties quis petit, ſive amiſerit prima Acta edita ſive non, editio Inſtrumenti verò non fit, niſi amiſſio probetur.*

76. *Editio ſemel facienda, ex cauſa verò iteranda eſt.*

77. *Quomodo Acta Prioris Inſtantiæ Jure Camerali edi & ſuperiori Judici tranſmitti debeant?*

78. *Pœna arbitraria contravenienti, tam Judici quàm Parti ſtatuitur.*

79. *Si Acta primæ Inſtantiæ à Judice non obſignata & clauſa fuerint edita, an editio eorum pro nulla & vitioſa habenda ſit.*

80. *Quæ ſit ratio Conſignationis.*

81. *Quibus remediis Actorum editio petatur.*

82. *Si Acta non edantur, poteſt appellari.*

83. *Si Judex à quo Acta edere recuſet, vel in iis edendis negligens fuerit, in Camera Imperiali hodie dantur Mandata Pœnalia Sine Clauſula, Compulſoriales dicta,* Zwangs-Brieffe.

84. *Si porrò contumax exiſtat, quid fiat?*

85. *Quoties alicujus intereſt Acta edi, Compulſoriales petenti decerni debent.*

86. *Judex inferior ad Compulſoriales tenetur edere Acta integra, nec aliter intelligitur paruiſſe Compulſorialibus.*

87. *Compulſoriales renovantur & dantur ad complenda Acta, ſi defectus allegetur.*

88. *Defectus hic debet allegari & deſignari, atque ab allegante probari.*

89. *Non ſtatim ad nuda Narrata, quibus Acta defectuum arguuntur, Mandatum decerni debet.*

90. *Pro Judice eſt præſumptio, quod omnia, quæ debet, juſtè & rectè feciſſe dicatur.*

91. *Judex integra Acta edidiſſe creditur, donec contrarium probetur.*

92. *De defectu Actorum prius, quàm Compulſoriales decernantur, inquirendum, audita tam Parte quàm Judice.*

93. *Intereſt, & expedit ſuper defectibus Partem & Judicem potius audiri, quàm renovatione Compulſorialium cauſam protrahere.*

94. *Defectus non tantùm eſt allegandus, ſed & quid ex Actis deſit ſpeciatim deſignandum.*

95. *Generalis allegatio non ſufficit, ſed ſpecifica eſſe debet.*

96. *Non facta allegatione ſpecifica Acta habentur pro integris, atque ſuper iis ultra procedit Judex.*

97. *Judicis inferioris Juramento Acta integra eſſe edita, ſtatur.*

98. *Non ſolùm oſtendendum aliquid abeſſe veriſimiliter, ſed præterea quoque quantum interſit, exponendum.*

99. *Quod dicitur Acta Appellantibus plene edenda, & Sententiam ſuper mancis & mutilis latam, nullam eſſe, non eſt porrigendum ad quoslibet defectus.*

100. *Si deſunt, quæ ex Actis aliàs plenius conſtant, aut ad cauſæ deciſionem nihil faciunt, ea cauſam nullitatis atque iniquitatis dare non poſſunt.*

101. *Non cenſentur Acta edita integra, niſi omnibus integrè editis, quæcunque ad litem pertinent, & ſemel pars Actorum reddita fuerunt.*

102. *Quando Acta integra edita cenſeantur?*

103. *Quando non.*

104. *Acta diverſa non ſunt confundenda, ſed cuique ſua integra relinquenda.*

105. *Apud Judicem à quo poſt Appellationem, Actorum ſeparatio, quatenus concernunt Merita Cauſæ, rectè petitur.*

106. *Quando ab uno puncto appellatum, ſufficit tantùm partes Actorum edi.*

107. *Appellans ſibi alia, quàm litis in priori Inſtantia ſuper cauſa, à qua appellatum fuit, Acta edi, & idcircò Compulſoriales petens, has non impetrat.*

108. *Inter has cauſas illa ſpecies, cum Acta alia, quam ad litem, in qua Partes verſantur, pertinent, petuntur, non reperitur.*

109. *Caſus figuratur & deciditur.*

110. *Ratio decidendi.*

111. *Quando Acta integra deperdita, aut combuſta fuerunt, quid faciendum.*

112. *Mutila Acta, parte eorum fortè amiſſa, ex Manualibus Partium Actis ſuppleri debent.*

113. *Acta redempta ab una Parte ſuis nummis, ſunt quidem iſtius redimentis, edi tamen debent perdito Originali, recepta mercede condigna.*

114. *Obtentus Actorum mancorum, ſeu in ſecunda Inſtantia imperfectè editorum ad impetrandam Reſtitutionem in integrum, an proficiat?*

115. *Quando ab initio non fuerunt Acta, revelatum Judicis à quo edi & tranſmitti ſolet, & recipitur quidem, ſed fidem plenam non habet.*

116. *Niſi prius ea communicata & audita utraque parte, qua in illam conſentiente, Actorum inſtar eſt.*

117. *Alteraparte repugnante non ultra attenditur, quam non repugnat iis, quæ poſtea in Actis deducuntur.*

118. *Breve compendium præcedentium.*

119. *Procurator Jure Retentionis Actorum & Inſtrumentorum uti poteſt propter Salarium fortè promiſſum & Impenſas.*

120. *Advocato Acta eousque apud ſe retinere licet, donec ipſi ſatisfiat de Honorario.*

121. *Hoc fallit in Actis publicis.*

122. *Notarius ejusque Hæres tenentur edere Protocolla & Inſtrumenta ab illo conſcripta.*

123. *Quod ad Notarium etiam Notariatum privatum & in Matricula deletum, vel in locum Notarii ſurrogatum aut quemlibet alium etiam privatum, ex Conſuetudine auctoritatem habentem, extenditur.*

124. *Imò & ad Inſtrumenti Poſſeſſorem, ad quem defuncto Notario Protocolla pervenerunt.*

125. *Is quo produxit vel protulit Inſtrumentum nullo vitio viſibili ſuſpectum, non cogitur Protocollum exhibere.*

126. *Secus eſt, ſi Inſtrumentum primo intuitu, & in prima ſui apparentia falſi ſuſpicionem præ ſe ferat, aut vitium habeat aliunde, quam ex temporis antiquitate conflatum.*

127. *Quid ſi dicatur & probetur deperditum Protocollum?*

128. *An Inſtrumentum publicum probet non exſtante Protocollo?*

129. *Sententia JurisConſultorum, quod quando Inſtrumentum caret vitio viſibili, non neceſſaria, nec injungenda ſit Protocolli, ex quo illud deſumptum vel extraditum fuit, exhibitio, ad quem caſum pertineat, vel non?*

130. *Uti Protocollum Matrix eſt Inſtrumenti, ita & clavis eſt, ubi dubitatio incidit.*

131. *Si Notarius requiſitus nolit exhibere Protocollum, Mandatis Pœnalibus ad inſtantiam alterius Partis ad hoc compelli poteſt.*

132. *Diſtinguitur.*

133. *Protocolli Editio non debet fieri, ut illud falſi accuſationem minitanti tradatur, ſed ita, ut in manibus Commiſſarii vel Grapharii ejus inſpiciendi copia fiat.*

134. *Etſi vel eſſet ratio quædam, ob quam Parti non facienda Protocolli exhibitio, Judici tamen illud ad imaginem veritatis, poſtulare licebit.*

135. *Judicii Actuarius, vel Judex denegare non debet parti petenti Protocolli Judicialis Copiam.*

136. *Protocollum Judiciale eſt pars Actorum.*

137. *Cuilibet petenti & intereſſe ſuum docenti Protocollum & reliqua Acta tam Civilia quàm Criminalia edi debent.*

138. *Delatis & inculpatis alicujus criminis, ſi quam ſui defenſionem, etiam antequam ſub inquiſitionem Magiſtratus ſpecialem cadant, moliantur, non eſt deneganda Actorum & Protocolli communicatio.*

139. Dum-

139. *Dummodò idoneam Cautionem præſtiterint, ut perquam metus fugæ tollatur.*

140. *Judici ſuperiori non eſt prohibendum, quin pro veritate cognoſcenda à Judice inferiore Protocollum eorum, quæ coram ipſo acta ſunt, ſibi exhiberi petat.*

141. *Protocolla Judicii non probant niſi integra, nec ſuper imperfectis Sententia ferenda eſt.*

EDere Acta nihil eſt aliud, quàm ea extradere, extra dare &c. item 1.
in publicum proferre, aut Copiam deſcribendi facere, Weſenbec.
in Paratitl. ad Pandect. tit. de edendo. num. 9. Tabor. *in Annotat. ad Colleg.*
Argentorat. tom. 1. tit. de edendo. theſ. 2. Henr. Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec.*
dict. tit. num. 1.

Neceſſitas Editionis Actorum Publicorum, ſive Judicialium impo- 2.
ſita & introducta eſt, *l. is, apud quem. 2. Cod. de edendo.* ubi is, apud quem
res agitur, Acta publica exhiberi inſpicienda jubebit, Georg. Adam.
Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 5. theſ. 43.*

Notarius Judicii, ſive Actuarius non debet, nec poteſt, illa edere, 3.
vel communicare ſine juſſu vel mandato Judicis, Marant. *in Specul. Aur.*
tit. de Actor. Edition. part. 6. num. 55. Althuſ. *in Dicæolog. lib. 1. cap. 90. num. 19.*
David Döring. *in Bibliothec. Jur. Conſultor. lit. A. in verb. Acta Judicii, num. 184.*
Brunnemann. *ad Cod. in l. 2. tit. de edendo.*

Acta prioris Inſtantiæ tenetur Judex à quo edere, Gail. *lib. 1. obſer-* 4.
vat. 234. num. 1. & 3. Donell. *lib. 28. cap. 7.* ibique Hilliger. *lit. N.* David
Döring. *in dict. verb. Acta Judicii, num. 168.* nam quando Judicium vel In- 5.
ſtantia mutatur, Acta regulariter in alio Judicio reproduci debent, ut
inter easdem Perſonas probent, Chriſtinæ. *volum. 1. Deciſ. Cur. Belg. 254.*
num. 9. Pruckmann. *volum. 1. reſponſ. 45. num. 23.* ideoque Judex à quo, ad 6.
editionem Actorum coram ſe geſtorum, & conſcriptorum obligatur,
l. eos. 6. §. ſuper his verò: 3. l. ne cauſas. 15. l. à Proconſulibus. 19. Cod. de Appellation.
& *dict. l. is, apud quem. 2. Cod. de edendo.* ad inveſtigandam veritatis fidem, 7.
Chriſtinæ. *dict. deciſ. 254. num. 10.* Mev. *part. 5. deciſ. 74. num. 1.* an Acta eden- 8.
da ſint à Judice, qui ad Sententiam à ſe latam exequendam alterius au-
xilium (de quo vid. Mynſing. *centur. 3. obſervat. 68.* Gail. *lib. 1. obſervat. 113.*
num. 16. & *lib. 2. obſervat. 130. num. 14.* Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ part. 1.*
conſtitut. 32. definit. 1. num. 4.) implorat? Diſtingu. Rutger. Ruland. *in Theſaur.*
Jur. Executiv. part. 1. in tractat. de invocat. brach. ſecularis, cap. 12. num. 15. & ſeqq.
(1.) inter Perſonas: (2.) inter Cauſas: (3.) an Reus remittatur condemnatus, an verò condemnandus? Primum quod attinet Eccleſiaſticus non tenetur indiſtinctè, ſed viſo ſaltem Proceſſu, exequi Secularis Sententiam, non ècontra, quanquam ibi etiam adducat rationes in con-

trarium, nimirum, quod quoad exhibendum pares ſint: pro quo cum-
primis facit, cap. adminiſtratoris. 26. quæſt. 25. ibi: Examinent. Secundò rur-
ſus ſubdiſtinguendum, an cauſæ ſint merè Eccleſiaſticæ, an verò mixti
Fori. In merè Eccleſiaſticis Judex Secularis tenetur Sententiam Judicis
Eccleſiaſtici exequi absque eo, quod in aliquam cognitionem ſe intro-
mittat, quod quidem nonnulli ad hæreſin tantùm reſtringunt. In cauſis
mixti Fori autem Judex Secularis non exequitur niſi ſibi exhibitis Actis.
Tertiò denique, ſi remiſſio fit ad exequendam Pœnam in Sententia de-
finitam à Judice Eccleſiaſtico, tunc exequitur Judex Secularis, absque
nova cognitione, modò ei fiat fides de Proceſſu: ſi verò remiſſio fiat
Seculari, ad diverſam Pœnam, vel novam infligendam, tunc denuò
cognoſcit: quia tunc ipſius Judicio Pœna ſtatuenda eſt, David Döring.
9. dict. verb. Acta Judicii, num. 103. Una Pars debet quoque alteri exhibere
Acta Judicialia utpote communia, ſi ſcilicet ea poſſideat, Poſth. Spe-
cul. de Inſtrument. edit. §. videndum reſtat. num. 17. David Döring. dict. verb.
Acta Judicii, num. 186. & 205.
10. Inſtrumenta propria quod attinet, Actor cogitur edere Reo, non
ſolùm Rationes, ſive publicas, ſive privatas, ſed indiſtinctè omnia In-
ſtrumenta ad cauſam pertinentia, l. 5. & ult. Cod. de edendo. Donell. cap. 23.
11. etiam illa quibus uſurus non eſt, Weſenbec. in Paratitl. ad Pandect. tit. de
edendo. num. 12. Carpzov. in Jurisprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 17. definit. 26. num. 3.
& lib. 3. Reſponſ. Jur. Electoral. tit. 8. reſponſ. 78. num. 1. & ſeqq. atque in Proceſſ. Jur.
tit. 14. artic. 4. num. 20. & ſeqq. Anton. Perez. in Prælection. ad Cod. tit. de edendo.
num. 10. Georg. Adam. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 5 theſ. 42. Ni-
colai Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 51. num. 1. diſſentit Hahn. in Obſervat. ad We-
ſenbec. tit. de edendo. num. 12. ad verb. Omnia Inſtrumenta. per l. 1. §. 3. ff. de edendo.
Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de edendo. theſ. 4. Henr. Zoeſ. in Commen-
tar. ad Pandect. tit. de edendo. num. 14. ſi ſcilicet ad exceptionem fundandam
petantur, dict. l. 5. Cod. de edendo. aliàs non, l. 1. §. 3. ff. de edendo. Brunne-
mann. in Repetit. Paratitl. Weſenbec. tit. de edendo. quæſt. 25.
12. Quod adeò extenditur, ut etiam Fiſcus edere teneatur Inſtrumenta,
quando litigat cum eo, qui editionem urget, ad fundandam ſcilicet
ſuam exceptionem, l. 6. Cod. de edendo. quia in Contractibus Jure priva-
torum utitur, l. 3. Cod. de reſcindend. vendit. Donell. lib. 23. cap. 6. ibique
Hilliger. lit. K. David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 199. Anton. Perez.
in Prælection. ad Cod. dict. tit. de edendo. num. 10.
13. Nonnullis tamen caſibus Actor ad edendum cogi nequit invitus,
de quibus vid. Berlich. part. 1. Practicar. Concluſ. 45. num. 15. & ſeqq. Nicolai
Proceſſ. Judiciar. dict. cap. 51. num. 2.

Contrà

Contrà verò Reus, Actori Inſtrumenta edere regulariter non tene- 14.
tur, l. 1. l. 4. & l. ult. Cod. de edendo. l. 7. Cod. de teſtibus. cap. 1. X. de probation.
Weſenbec. in Paratitl. ad Pandect. dict. tit. de edendo. Mejer. in Colleg. Argento-
rat. dict. theſ. 4. Anton. Perez. in Prælection. ad Cod. dict. tit. de edendo. num. 11.
Struv. dict. exercitat. 5. theſ. 43. Nicolai Proceſſ. Judiciar. dict. cap. 51. num. 3.
unde ita pronunciari ſolet: Daß Beklagter mit Edition der geforderten 15.
Documenten billich zu verſchonen / V. R. W. vid. Carpzov. in Proceſſ. Jur.
tit. 14. artic. 4. num. 27. quod adeò procedit, ut nec Judex de Syndicatu 16.
conventus, Acta Judicialia contra ſe edere teneatur, Berlich. part. 1. de-
ciſ. 54. & 56. Struv. dict. theſ. 43. niſi indicia malè adminiſtratæ Juſtitiæ ad- 17.
ſint, Brunnemann. in Commentar. ad Pandect. in l. Senatus, 3. num. 5. tit. de edendo.
Tenetur tamen Reus edere non ſolùm ea Inſtrumenta, quibus 18.
uſurus eſt ad probandam ſuam Exceptionem, pro fundanda Actoris
Replicatione, l. fin. Cod. de edendo. Hilliger. in Donell. enucleat. lib. 23. cap. 7.
lit. A. Berlich. part. 1. concluſ. 45. num. 48. & 49. Rutger. Ruland. de Commiſ-
ſar. part. 2. lib. 5. cap. 19. num. 11. & 14. Carpzov. dict. conſtitut. 17. definit. 26. & 27.
Anton. Perez. in Prælection. ad Cod. dict. tit. de edendo, num. 11. Hahn. in Obſer-
vat. ad Weſenbec. dict. tit. de edendo. num. 12. ad verb. à Reo verò Actori non item,
Struv. Syntagm. Jur. Civil. dict. exercitat. 5. theſ. 43. Nicolai Proceſſ. Judiciar. dict.
cap. 51. num. 4. diſſent. Mejer. in Colleg. Argentorat. dict. tit. de edendo. theſ. 7.
Bachov. in Annotat. ad Weſenbec. tit. de edendo. num. 12.
Sed etiam omnia indiſtinctè Fiſco ad probandam intentionem, 19.
l. 3. ff. de edendo. l. 2. §. 1. & 2. ff. de Jure Fiſci. David Döring. dict. verb. Acta
Judicii, num. 200. Hahn. ad Weſenbec. dict. loc. in Cauſa ſcilicet Pecuniariâ,
Peregrin. de Jure Fiſci, lib. 7. cap. 7. num. 11. Gail. lib. 1. obſervat. 106. num. 11.
David Döring. num. 201. Brunnemann. ad l. 2. Cod. de edendo. & ad dict. l. 3.
ff. eod. num. 1. atque ad dict. l. 2. §. 1. num. 3. de Jure Fiſci. Nicolai Proceſſ. Judi-
ciar. dict. loc. & quidem in ſubſidium, aliis probationibus deficientibus, 20.
Brunnemann. dict num. 3. & Nicolai dict. loc. non verò in Cauſa Capitali, 21.
dict. l. 2. §. 7. ff. de Jure Fiſci. Donell. & Hilliger. dict. lib. 23. cap. 7. lit. E. Ber-
lich. part. 1. deciſ. 56. num. 10. Brunnemann. ad dict. l. 3. ff. de edendo. num. 1.
quod Privilegium extendi ſolet ad Cauſas Eccleſiæ, aliasque Pias, Ma- 22.
trimonii, Dotis, Alimentorum, Libertatis, Miſerabiliumque Perſona-
rum, Menoch. de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 499. num. 46. & ſeqq. Mev. part. 5.
deciſ. 318. Hilliger. dict. lit. E. Brunnemann. ad dict. l. 3. num. 2. ff. de edendo.
Plures alias limitationes & exceptiones, quibus Reus ad edendum obli- 23.
gatur, vid. apud Hahn. in Obſervat. ad Weſenbec. tit. de edendo. dict. num. 12.
Brunnemann. in Repetit. Paratitl. Weſenbec. dict. tit. de edendo. quæſt. 25. Nico-
lai Proceſſ. Judiciar. dict. cap. 51. num. 4.

Acta

24. Acta Publica Judicii debent edi indiſtinctè cuicunque intereſſe
ſuum prætendenti, etiamſi ad ejus Inſtantiam ea non ſint celebrata, &
conſcripta, Maranta *in Specul. Aur. tit. de Actor. edition. num. 61.* Gail. *lib. 2.*
obſervat. 106. num. 2. Berlich. *deciſ. 56. num. 2.* Althuſ. *in Dicæolog. lib. 1. cap. 95.*
dict. num. 19. Gregor. Bicc. *in Reb. Quotidian. ſive Aur. Jur. Civil. Juſtinian.*
25. *ſect. 5. theſ. 133. concluſ. 2.* modò intereſſe petentis doceatur, Mev. *part. 8.*
deciſ. 303. num. 1. 2. 3. & 4. Brunnemann. *ad l. 1. §. 2. & 3. num. 7. ff. de edendo.*
26. quod in ſubſidium etiam Juramento fieri poteſt, per *l. 15. ff. ad exhibend.*
Brunnemann. *in Repetit. Paratitl. VVeſenbec. dict. tit. de edendo. quæſt. 31.*
27. Num Tertio, de cujus intereſſe non principaliter actum fuit, Co-
pias Scripturarum neceſſariò communicent Notarii? Cacheran. conclu-
dit *deciſ. 57. ex l. præcipimus. 32. §. 4. verſ. noſtri verò. Cod. de appellation. & conſul-*
tation. cum Auguſtin. Caſtrenſ. & aliis, quod non; David Döring. *dict.*
28. *verb. Acta Judicii, num. 192.* Acta prioris Inſtantiæ ſine omni dubio Judici
Appellationis edi debent, cum Bartol. *in l. 2. verſ. not. ex hac lect. Cod. de*
edendo. Borgnin. Cavalcan. *deciſ. 11. num. 11. & ſeqq.* Döring. *dict. loc. num. 166.*
Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 2. cap. 13. num. 10.*
29. Omnia Acta Publica, ſive Civilia, ſive Criminalia, edenda ſunt,
dict. l. 2. Cod. tit. de edendo. Marant. *in Specul. Aur. part. 6. dict. tit. de Actor. edi-*
tion. num. 53. Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 1.* Mejer. *in Colleg. Argentorat.*
tom. 1. tit. de edendo. theſ. 9. num. 6. Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 189.*
Gregor. Bicc. *in Reb. Quotidian. ſive Aur. Jur. Civil. Juſtinian. ſect. 5. theſ. 133. con-*
cluſ. 1. Mev. *part. 7. deciſ. 185.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. dict. theſ. 43. exer-*
citat. 5.
30. Quamvis Editionem Inſtrumentorum Fiſcus impetrare non poſſit
ad fundandam Actionem, quando ex Cauſa Criminali agit ad Pœnam
Corporalem, ceu ſuperius probatum, vel etiam, ut plerique putant, Pe-
cuniariam, argum. *l. 3. §. 2. ff. de edendo.* Hilliger. *in Donell. lib. 23. cap. 7. lit. E.*
Farinac. *part. 1. Fragment. num. 175.* & poſt Alexand. *ad l. Senatus. 3. ff. de edendo.*
Alciat. *ad l. 1. Cod. eod.* Boſſ. *tit. de Fiſco.* tradit David Döring. *dict. verb. Acta*
31. *Judicii, num. 201.* Acta tamen Criminalia poſt accuſationem, vel inquiſi-
tionem inſtitutam formata Fiſco edenda ſunt, Brunnemann. *in Commen-*
tar. ad Cod. in dict. l. 2. Cod. de edendo, ſub fin.
32. Acta Criminalia, qui Fiſco non edit, præſumitur ſubtraxiſſe, Dav.
33. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 183.* Acta & Inſtrumenta contra Fiſcum
non ſunt edenda. Nam Fiſcus Inſtrumentorum atque Actorum Copiam
aliâ ratione non concedit, quàm ut contra ſe Inſtrumenta non produ-
cantur, ſub periculo perdendæ cauſæ, *l. in fraudem Fiſci. 45. §. neque In-*
ſtrumenta. 5. ff. de Jure Fiſci. Authent. ſi quis in aliquo. Cod. de edendo. poſt Schurff.
conſil.

conſil. 90. centur. 3. & alios à ſe allegatos, David Döring. *dict. verb. Acta*
Judicii, num. 197. & 198.
Indicia, aliaque Acta Inquiſitionalia communicanda quoque ſunt 34.
Inquiſito ſpeciali innocentiam ac defenſionem ſuam probare & dedu-
cere volenti, Jul. Clar. *Receptar. Sententiar. lib. 5. §. ult. quæſt. 49. num. 1. & 2.*
Farinac. *lib. 1. quæſt. 115. num. 99.* Brunnemann. *ad dict. l. 2. Cod. de edendo.* &
in Tractat. Jurid. de Inquiſitionis Proceſſ. cap. 8. membr. 3. num. 14. & 18. etiamſi 35.
ſummariè & ex officio procedatur, Farinac. *dict. quæſt. 39. num. 71.* Brun-
nemann. *dict. num. 18.* Imò efferri debent etiam non petenti captivo Reo, 36.
ſeu Inquiſito, non tantùm ante condemnationem, ceu vult Jul. Clar.
dict. quæſt. 49. num. 4. ſed etiam ante Torturam, Farinac. *dict. quæſt. 39.* 37.
num. 91. Gail. *de Pace Publ. cap. 7. num. 8. in fin.* Brunnemann. *Proceſſ. Inquiſi-*
tion. cap. 8. dict. membr. 3. num. 29. & *ad l. 2. Cod. de edendo.* per *l. ſi non defen-*
dantur. 19. ff. de pœnis. Quamdiu verò ſtatur adhuc in terminis Inquiſitio- 38.
nis generalis, quæ fieri ſolet pro explorando delicti corpore, & delin-
quentis Perſona, Actorum Inquiſitionalium atque Indiciorum commu-
nicatio regulariter fieri non debet, Mev. *part. 2. deciſ. 321. num. 7.* & *part.*
6. deciſ. 283. num. 1. ubi tradit ita Regulam habere, & Praxin obſervare, ut 39.
priùs opus habeat Inquiſitus ad Articulos, vel Interrogatoria reſpon-
dere, niſi ad declinandam vel avertendam Inquiſitionem, quam con-
tra ſe fieri intelligit, Exceptionem Declinatoriam proponat, & Purga-
tionem adverſus Indicia offerat, Carpzov. *in Pract. Criminal. part. 3. dict.*
quæſt. 115. num. 24. & ſeqq. Mev. *dict. deciſ. 321. num. 7. & 8.* & *dict. deciſ. 153.*
num. 1. & ſeqq. ubi ita ſcribit: Verùm cum diſtinctione hoc accipiendum 40.
eſt pro diverſo fine, in quem petuntur Acta Inquiſitionis, vel enim id
tendit ad defenſionem Reorum, vel ad declinationem Judicii, ſeu In-
quiſitionis. Siquidem defenſionem, ſeu innocentiæ deductionem Reus
intendit contra indicia delicti, ut ab inquiſitione abſolvatur, prædicta
Sententia & Praxis obtinet; cujus ea ratio eſt, quod Reſponſio Inquiſiti
demum in eo Proceſſu pro Litis conteſtatione eſt, *l. unic. Cod. de litis con-*
teſtat. & ante eam ad Probatoria, inter quæ eſt Actorum, ſeu Indicio-
rum Editio, non devenitur, *cap. 1. & 2. X. ut lit. non conteſtat.* At ſi Rei
hoc intendunt, quod velint demonſtrare Inquiſitionem adverſus ſemet
eſſe incongruam, ineptam, nullam, aut injuſtam, atque ita ipſum Pro-
ceſſum declinare vel avertere, quandoquidem hæc Exceptio Fori De-
clinatoria, & ante Litis conteſtationem locum habet, *l. penult. & ult.*
Cod. de Exception. ſi pro iſta egent Rei Actorum Copiâ, utique non erit
deneganda, vid. *infr. num. 138.* & Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 189.*
conf. Michaëlis *Tractat. de Inquiſitione Criminum cap. 16. §. 2. & 5.*

41. An Juris Allegationes, quæ aliàs Motivum Juris ſive Conſilium
vocantur, ſint edendæ Parti? Quemadmodum de omnibus Actis Co-
pia Parti fieri debet: ita & de Allegationibus atque Conſiliis, ne Judex
circumveniatur ex falſis Allegationibus, ut *l. 1. Cod. tit. ſi ex falſ. allegation.*
& *l. ſi quis obrepſerit. 29. ff. ad Leg. Cornel. de falſis.* poſt Petr. Ferrar. *in Pract.*
Papienſ. tit. de form. pet. Cop. Inſtrum. in princ. Jaſon. *ad dict. l. Is, apud quem. 2.*
42. *Cod. de edendo.* dummodò Pars, eas in modum Actorum Proceſſus præ-
43. ſentaverit, David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 192.* Aliàs, quando
exhibentur, non ut inſtruant Proceſſum, ſed ad meram Judicis Inſtru-
ctionem, vel Informationem, non debent edi alteri Parti, poſt Ale-
xand. *in Authent. Jubemus. Cod. de Judiciis.* Marant. *in Specul. Aur. tit. de Actor.*
edition. num. 58. David Döring. *dict. num. 192.* Henr. Zœſ. *in Commentar. ad*
Pandect. dict. tit. de edendo. num. 18. vid. quoque Hilliger. *in Donell. enucl. lib.*
44. *23. dict. cap. 6. lit. D.* & Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. 2. caſ. 175.* ubi poſt
relatas varias opiniones vult eſſe Judici arbitrarium, ſi id cauſa poſtulet,
per *l. edita actio. 3. Cod. de edendo. l. 1. Cod. ſi ex falſ. allegation.* & *l. ult. Cod. de in-*
45. *terdict.* niſi conſuetudo ſuper hac re certi quid induxerit: Allegationes
Juris non eſſe partem Actorum, docet Marta Neapolitan. *in Digeſt. no-*
viſſ. tom. 1. tit. Acta. cap. 5.

46. Fiſco petenti, ex Privilegio edendæ ſunt, Allegationes Juris, Pa-
cian. *lib. 1. cap. 63. num. 46.* per *l. 2. §. item. 2. ff. de Jure Fiſci.* Eccleſiæ, Pa-
cian. *dict. cap. 63. num. 47.* in cauſa Matrimoniali & Dotis, Pacian. *dict. cap.*
63. num. 48. & ſeqq. & omnibus aliis æquè favorabilibus, ſcilicet Pupilli,
Alimentorum, Hoſpitalium, Libertatum, & aliarum Miſerabilium Per-
ſonarum cauſis, Pacian. *dict. cap. 63. num. 49. & 59.* Althuſ. *in Dicæologia lib. 1.*
dict. cap. 95. num. 20.

47. Nam, cùm Articulorum Probatoriorum editio fit, Reo unà eden-
da Nomina Teſtium examinandorum? Quidam quidem negant, ob
timorem ſubornationis, ut Ripa refert ex Cognolo *ad l. 1. Cod. tit. de edendo.*
num. 63. & Bronchorſt. *centur. 2. aſſert. 93. circa fin.* per *l. 39. in fin. princ. ff. de*
recept. qui arbitr. Contrà verò poſt Gloſſ. & Dd. Scaccia *tractat. de Judic. 100.*
num. 12. Quod nec antè incipiat dilatio ad edendum Interrogatoria,
quàm his editis, quia Interrogantis munus, non tam ex qualitate Pro-
bandarum, quàm ex qualitate Teſtium perficitur, Hilliger. *in Donell. enu-*
cleat. dict. lit. D. in fin. ubi dicit, ita uſum ſervare.

48. Interrogatoria Parti adverſæ ſive producenti ante Examen non ſunt
communicanda, Farinac. *de Teſtibus, quæſt. 73. num. 19.* Gail. *lib. 1. obſervat. 95.*
Marant. *in Specul. Aur. part. 6. de Interrogat. num. 20.* Weſenbec. *in Paratitl.*
ad Pandect. tit. de Teſtibus. num. 5. Hilliger. *in Donell. enucleat. dict. lit. D. in fin.*
Joh.

Joh. Emeric. à Rosbach *in Prax. Civil. tit. 55. num. 10.* Zœſ. *in Commentar. ad*
Pandect. dict. loc. Brunnemann. *in Repetit. Paratitl. Weſenbec. tit. de Teſtibus. quæſt.*
41. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 60. num. 5.* ne iisdem lectis ac per-
ceptis Teſtes, quomodo deſuper deponere debeant, inſtrui poſſint, à
Rosbach *dict. loc.* quod tamen limitatur (1.) quando Partis Conſenſus 49.
accedit, illaque in Communicationem Interrogatoriorum expreſsè con-
ſentit, Farinac. *dict. num. 19.* à Rosbach & Zœſ. *dict. loc.* Nicolai *dict. cap. 60.*
num. 6. (2.) Quando à Judice ſuper hoc pronunciante non appellaſſet,
Rosbach & Nicolai *dict. loc.* (3.) Quando nova facta continent, Zœſ.
dict. loc. tum enim prudentis Judicis eſt, ea Parti edere non quidem
omnia, ſed præcipua fundamenta, quæ dubitationem habent, ſecun-
dùm Menoch. *dict. loc. in fin.* add. & Marant. *in Specul. Aur. dict. tit. de Actor.*
edition. num. 50. Zœſ. *dict. loc.*

Acta ſunt integrè edenda, Gail. *lib. 1. obſervat. 134. num. 12.* Chriſtinæ. 50.
volum. 1. Deciſ. Cur. Belg. 254. num. 12. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii,*
num. 175. cum Die & Conſule, Loco, & Tempore, Marant. *in Specul.*
Aur. part. 6. dict. tit. de Actor. edition. num. 65. Weſenbec. *in Paratitl. tit. de*
edendo. num. 13. Anton. Faber *in Cod. lib. 2. tit. 1. definit. 8. num. 3.* Döring.
num. 160. Gregor. Bicc. *ſect. 5. Rer. Quotidian. dict. theſ. 133. concluſ. 6.*

Acta Originalia, utpote Judicio affecta, non debent edi Parti, nec 51.
Judici Appellationis, ſed tantùm Copia eorum edenda, *cap. Quoniam. 11.*
X. de Teſtibus. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 31. & *Noviſſ. Receſſ. Imper. de Anno 1654.*
§. Ob er auch ſchon ꝛc. *61.* Marant. *in Specul. Aur. dict. tit. de Actor. edition.*
num. 64. Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 24.* Weſenbec. *in Paratitl. ad Pan-*
dect. dict. num. 13. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 34. 177. & 185.*
Gregor. Bicc. *dict. theſ. 133. concluſ. 3.* Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 2. cap. 10.*
num. 7. Richter. *part. 3. deciſ. 126. num. 4. & 5.* ubi ſcribit, quòd Originalia 52.
debeant manere apud Scriptores ad majorem fidem, & ut Recurſus ad
illa haberi, atque Veritas inveſtigari, & declarari poſſit, Mev. *part. 7. de-*
ciſ. 193. num. 3. ubi tradit, quòd Acta Originalia Judicio ſint affecta, & 53.
non tradenda Partibus, nedum illorum arbitrio.

Videtur tamen ſuper Inſtrumento, aut aliâ Scripturâ in Judicio 54.
productâ ita eſſe diſtinguendum: aut Inſtrumentum exhibitum eſt ſpe-
ciale ad cauſam pendentem in Judicio, & Parti petenti non debet reſti-
tui: aut generale eſt Inſtrumentum etiam ad alias cauſas, & tunc Ori-
ginale debet reſtitui, Copiâ apud Acta & penes Judicem remanente,
Poſth. Specul. *in tit. de Inſtrument. edition. §. Nunc dicamus. num. 12.* Gail. *lib. 1.*
dict. obſervat. 134. num. 24. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 208.*
Hoc in ſpecie de Inſtrumento Mandati ad unam cauſam, & non ad 55.
plures

plures dati, quòd ſcilicet illius Originale apud Acta manere, nec Parti
producenti reſtitui debeat, tradit Maſcard. *de Probation. volum. 2. concluſ.*
56. *1006. num. 6.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 44.* De Actorum
aſſervatione, & eorundem exhibitione vid. Dav. Döring. *num. 207.* Quo-
57. modo Acta Judicialia Exemplari, & Partibus tradi debeant, ſive per No-
tarium, qui ea conſcripſit, ſive per alium, traditur in Specul. *de Inſtru-
ment. edition. §. Poſtquam. in fin. num. 18. & §. 4. in princ. & verſ. Vidimus. num. 20.*
nimirum præfixâ hac inſcriptione: *Acta habita inter Partes infrà ſcriptas co-
ram Judice N. expreſſoque Die & Conſule, & ad verbum omnia, quæ in Originali
Scripturâ continentur.* quibus abſolutis ſubjicit Notarius, vel Actuarius No-
men ſuum, teſtaturque ſe juſſu Judicis exemplum hoc confeciſſe, &
omnia fideliter ex authentico ſcripſiſſe, David Döring. *dict. verb. Acta Ju-
dicii, num. 74.*

58. Q. An delegatus teneatur Acta Originalia tranſmittere deleganti
ad ejus mandatum? Ita obſervari ſolere, ut Acta jam completa, facta-
que concluſione in cauſa tranſmittantur zum Rechtlichen Verſprechen;
peti tamen poſſe, ut ea, Sententiæ, publicatione factâ, reſtituantur,
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 178.*

59. Hodie ſæpius à Judice inferiore, Acta etiam Originalia edi, teſte
obſervantiâ, tradit Mev. *part. 7. deciſ. 384. num. 3.* Brunnemann. *Proceſſ. Ci-
vil. dict. cap. 28. num. 62.* & Nicolai *Proceſſ. Judiciar. dict. num. 7.* Quando, ſive
quo tempore produci debeant Acta in ſecunda Inſtantia? Nicolai *Pro-
ceſſ. Judiciar. part. 2. cap. 13. num. 10. & 11.*

60. Acta regulariter Sumptibus petentis edenda, *Ordinat. Cam. part. 2.
tit. 31. Receſſ. Imper. de Anno 1654.* §. Ob er auch ſchon ꝛc. *61.* Maranta *dict.
tit. de Actor. edition.* Gregor. Bicc. *dict. ſect. 5. Rer. Quotidian. theſ. 123. regul. 4.*
Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 51. num. 26.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar.
cap. 28. dict. num. 7.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 196.* etiamſi
ſit Procurator, poſt Borell. *tom. 2. tit. 39. num. 251. & ſeqq.* Döring. *dict. loc.*
61. & quidem ita, ut is, qui Acta primæ Inſtantiæ petit, pro præmio de-
ſcriptorum Actorum cavere debeat, ſecundùm Anton. Hering. *de Fide-*
62. *juſſor. cap. 10. num. 155.* Döring. *ibid.* Editionis Actorum curam, impendia,
& onera Partibus, non Judici incumbere, vid. apud Mev. *part. 2. deciſ.
146. num. 3.*

63. Reproductio Actorum poſt mùtatum Judicem, incumbit ſine
omni dubio, ei, qui illum adit, dum eum, quem ſurrogat, ex Actis
informare tenetur, Merckelbach. apud Klock. *volum. 3. conſil. 191. num. 30.*
Mev. *dict. deciſ. 146. num. 6.*

Si verò utraque Pars appellavit, utraque etiam, pro quota ſua Acta 64.
redimere debet, *Receſſ. Imper. de Anno 1566.* §. Hierneben iſt ꝛc. *116.* Myn-
ſing. *centur. 1. obſervat. 21.* Berlich. *part. 1. concluſ. 50. num. 165.* Carpzov. *lib. 3.
Reſponſ. Jur. Electoral. 119. num. 6.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 28. dict. num. 62.*
Nicolai *Proceſſ. Judiciar. dict. loc.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii,
num. 209.*

Judex ſuperior poteſt Judicem inferiorem, ut Acta moderato pre- 65.
tio edantur, monere, Mev. *part. 2. deciſ. 78. num. 4.* etſi de eo non con- 66.
venit, etiam non audito illo, taxare, Mev. *dict. deciſ. 78. num. 5.* quando 67.
verò jam immodicum exactum fuit, reſtitutionem iniqui injungere,
Mev. *dict. deciſ. 78. num. 6.* vid. *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 31.* §. Und nachdem
ſich ꝛc. *9.* ubi requiritur, ut Judex inferior, in calce Actorum mercedem 68.
deſcriptionis exprimat, quo ſuperior Judex inde intelligat, utrum Ap-
pellantes etiam onerati ſint: In Camera ſingula Actorum Folia binis, 69.
terniſve Cruciatis, Sigillationem verò Floreno uno, & Ligaturam ſe-
miſſe taxari refert, Denaiſ. *in Jure Camer. verb. Actorum æſtimatio.* §. *2.* &
Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 51. num. 25.*

Imò ubi in Judiciis inferioribus pro Sumptibus Editionis Actorum 70.
deſideratur, quod iniquum, aut inſolitum eſt, Mandatum Sine Clauſula
decernitur, de edendis Actis pro condigno & ſolito Salario, Mev. *part. 6.
deciſ. 91. num. 2.* in quo non ſpectandum, quid Actuario in ſupremo Ju- 71.
dicio aſſignetur, ſed quid in inferiore antea conſuetum, Mev. *dict. de-
ciſ. 91. num. 3.* nam Judicii Taxa, & Stylus illius Loci obſervatur, ubi Acta 72.
expediuntur, non verò quò mittuntur, Mev. *dict. loc.* niſi ſit publicâ au-
thoritate eorum, quibus eſt poteſtas Legem condendi, Mev. *dict. deciſ.
91. num. 4.* Taxa enim Sportularum ad quam merces deſcriptionis per- 73.
tinet, eſt Legislatoriæ poteſtatis, atque ideò pro lubitu eam ſtatuere
inferioribus Judiciis integrum non eſt, Mev. *dict. num. 4.*

Pauperibus Acta gratis edenda ſunt, Gail. *lib. 1. obſervat. 43. num. 15.* 74.
Pruckmann. *volum. 2. conſil. 16. num. 19.* Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 195.*
Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 2. cap. 10. num. 8. in fin.*

Acta debent edi toties, quoties quis petit ſibi edi, ſive amiſerit 75.
prima Acta edita, ſive non, in quo differt ab editione Inſtrumenti, quæ
non fit, niſi probetur amiſſio, Maranta *in Specul. Aur. dict. tit. de Actor.
edition. num. 64.* David. Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 167. & 179.* Gre-
gor. Bicc. *dict. ſect. 5. Rer. Quotidian. theſ. 153. concluſ. 5.* Acta edi, ſemper peti
poteſt, Dav. Döring. *num. 62.* Semel editionem faciendam, ex cauſa verò 76.
iterandam eſſe, putat Amad. Eckolt. *in Compendiar. Pandectar. Tractation. tit.
de edendo. §. 15.* per *l. 6. §. fin.* & *l. 7. ff. de edendo.*

77. Acta prioris Inſtantiæ ſub authentica forma, & quidem non aper-
ta, ſed clauſa, & Sigillo Judiciali obſignata, verſiegelt/ und richtig *foliiret/*
edi & ſuperiori Judici tranſmitti debent, ceu expreſsè requirit *Ordinat.*
78. *Cam. part. 2. tit. 31.* §. Es ſollen ꝛc. *11.* ubi ſimul pœna arbitraria contrave-
nienti tam Judici, quàm Parti conſtituitur, Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134.*
num. 1. David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 244.* Carpzov. *in Proceſſ.*
Jur. dict. tit. 18. artic. 5. num. 87. & ſeqq. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 51. num. 28.*
29. 30. & 31. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. dict. cap. 10. num. 9.* & *cap. 13. num. 10.*
79. Propter hoc ipſum tamen, quod ſcilicet Acta primæ Inſtantiæ à Judice
obſignata & clauſa non fuerint edita, editio eorum pro nulla & vitioſa
habenda non eſt, Berlich. *part. 2. deciſ. 167.* Carpzov. *lib. 3. Reſponſ. Jur. Ele-*
ctoral. 119. num. 13. & *in Proceſſ. Jur. tit. 18. dict. artic. 5. num. 88.* Nicolai *Proceſſ.*
Judiciar. dict. loc. Mev. *part. 1. deciſ. 255.* ubi ita: More quidem ſervatur,
atque Juri conveniens putatur, edi Acta prioris Inſtantiæ clauſa & con-
ſignata; id tamen cum eo rigore non accipiendum, vel uſurpandum
80. eſt, ut ſi aliter edantur, editio ſit nulla aut non recipienda. Conſigna-
tionis enim ratio eſt, ut non ſit in cujusquam poteſtate, quid ex iis cor-
rumpere, aut auferre, à quo ſi aliàs editio vacua reperitur, non eſt im-
probanda: Partibus tantùm injungendum, ut revideant, & ſi quid de-
ſiderent, moneant: repertis iis integris, quod omiſſum, nihil remora-
tur Proceſſum.
81. Quibus remediis Actorum editio petatur? Imploratione Officii Ju-
dicis, vel condictione ex Lege, *l. 2. Cod. de edendo.* juncta *l. Prætor ait. 4.*
§. 1. ff. eod. Specul. *de Inſtrument. edition. §. videndum reſtat. num. 17. verſ. idem*
quoque. & *num. 22. verſ. Acta verò.* David Döring. *dict. verb. Acta Judicii,*
num. 188. Brunnemann. *ad l. quædam ſunt perſonæ. 9. ff. de edendo. num. 2.* Amad.
82. Eckolt. *in Compendiar. Pandectar. Tractation. tit. de edendo. §. 16.* ſi non edan-
tur, poteſt appellari, Specul. *de dolo & contumac. §. 2. in princ.* Döring. *dict.*
verb. Acta Judicii, num. 171.
83. Si Judex à quo Acta edere recuſet, vel in iis edendis negligens fue-
rit, in Camera Imperiali hodie dantur Mandata Pœnalia, Clauſulam
Juſtificatoriam annexam non habentia, quæ in Praxi vocantur Com-
pulſoriales, Zwangs-Brieffe/ *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 31. §. 1.* & *part. 3. tit.*
31. §. 1. & ſeq. Receſſ. Imper. de Anno 1570. §. In den *Appellation-*Sachen ꝛc. *74.*
Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 1. & 2.* Dav. Döring. *dict. verb. Acta Judicii,*
num. 176. Mev. *part. 3. deciſ. 322. num. 1.* & *part. 5. dict. deciſ. 74. num. 1.* Bicc.
ſect. 5. num. 133. concluſ. 1. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 62.*
84. Si porrò contumax exiſtat, decernuntur arctiores Compulſoriales,
ſchärffere Zwangs-Brieffe/ in quibus citatur Judex ad audiendum ſe in-
cidiſſe

cidiſſe in pœnam primo Mandato inſertam, & iterum jubetur edere ſub
pœna Banni, Gail. *dict. obſervat. 134. num. 3.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil.*
num. 62.

Generatim traditur *ex dict. l. 2. Cod. de edendo.* quod, quoties alicujus 85.
intereſt Acta edi, Compulſoriales petenti decerni debeant, Petr. Frider.
Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 47. num. 3.* Mev. *part. 7. deciſ. 185. num. 2. & ſeqq.*
Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 51. num. 35.*

Judex inferior ad Compulſoriales tenetur edere Acta integra, nec 86.
aliter intelligitur paruiſſe Compulſorialibus, Mev. *part. 6. deciſ. 271. num. 1.*
quæ aliàs renovantur, & dantur ad complenda Acta, ſi quis defectus 87.
allegetur: oportet autem hunc allegari & deſignari, Mev. *dict. deciſ. 271.* 88.
num. 2. atque ab allegante probari, Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 51. num. 14.*
Brunnemann. *ad l. 1. §. 2. ff. de edendo. num. 2.*

Quoniam frequens eſt, ut Acta defectuum arguantur ſæpè magis
ad protelandam litem, quàm quod ſupplemento indigeant, ideò non 89.
ſtatim ad nuda Narrata Mandatum decerni debet, Mev. *part. 5. deciſ. 137.*
num. 2. Obſiſtit enim fidei præſumptio, quæ pro Judice eſt, quòd omnia, 90.
quæ debet, juſtè & rectè feciſſe dicatur, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 67. num. 4.*
Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 226.* integreque Acta edidiſſe credatur, 91.
Marta Neapolitan. *in Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Actu. cap. 5.* donec contrarium
probetur, Mev. *part. 5. deciſ. 71. num. 3.* & *deciſ. 74. num. 4. dict. deciſ. 137.*
num. 2. & *part. 6. deciſ. 271. num. 2.* ſed prius de eo inquirendum, auditâ 92.
tam Parte quàm Judice, Mev. *part. 5. dict. deciſ. 71. num. 2.* Intereſt, & ex- 93.
pedit Partem potius audiri, quàm renovatione Compulſorialium cau-
ſam protrahere, nec verò tantùm Partem, ſed & Judicem ſuper defecti-
bus audiri congruum, Mev. *dict. deciſ. 71. num. 4.* Brunnemann. *Proceſſ.*
Civil. dict. cap. 28. num. 62. nec defectus tantùm eſt allegandus, verùm etiam 94.
quid ex Actis deſit, ſpeciatim, & ita ut Judex tam ſuperior, quàm infe-
rior intelligere poſſit, deſignandum, Mev. *part. 5. deciſ. 137. num. 3.* & *part.*
6. deciſ. 271. num. 2. & 3. Generalis allegatio non ſufficit, ſed ſpecifica eſſe 95.
debet, aliàs non poteſt intelligi, quid ſupplendum ſit, Mev. *dict. deciſ.*
271. num. 3. Hoc non facto Acta habentur pro integris, & ſuper iis ultra 96.
procedit & pronunciat Judex. Quando itaque terminum ad allegandos
defectus præfixit, & à parte nulli allegantur, non proceditur nulliter
ſuper Actis, Mev. *dict. deciſ. 271. num. 3.*

In dubio Judicis inferioris Juramento, Acta integra eſſe edita, ſta- 97.
tur, Gail. *lib. 1. dict. obſervat. 134. num. 17.* Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 51. num. 15.*
David Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 226.*

Deinde

98. Deinde non ſolùm oſtendendum aliquid abeſſe veroſimiliter, ſed
præterea quoque quantum interſit, exponendum, Mev. *dict. deciſ. 137.
num. 4.* nam poteſt fieri, ut una vel altera charta abſit Actis, fortè per
Judicem, aut Actuarium non appoſita, quia nihil ad rem faciebat, vel
quia rejiciendi cauſa erat, uti verò tunc ceſſat ratio, quæ habetur apud
Gail. *dict. obſervat. 134. num. 12.* ita etiam, quod aliàs neceſſarium, ceſſabit,
Mev. *dict. deciſ. 137. num. 5.*

99. Quod dicitur Acta Appellantibus plenè edenda, & Sententiam ſu-
per mancis atque mutilis latam, eſſe nullam, non eſt porrigendum ad
quoslibet defectus. Omnes enim promiſcuè defectus non ſunt cauſa
Nullitatis, aut implorandæ Reſtitutionis, ſed ille ſaltem, qui impedit
cauſæ cognitionem, Mev. *part. 6. deciſ. 107. num. 1. 2. & 3.*

100. Si itaque deficit, quæ ex Actis aliàs plenius conſtant, aut ad deci-
ſionem cauſæ nihil faciunt, ea, ut nullius uſûs ſunt: ita cauſam Nulli-
101. tatis atque iniquitatis dare non poſſunt, Mev. *dict. deciſ. 107. num. 4.* Non
cenſentur Acta edita integra, niſi omnibus integrè editis quæcunque
ad litem pertinent, & ſemel pars Actorum reddita fuerunt, Sebaſt. Vant.
de Nullitat. Proceſſ. tit. A quo, & quibus modis. 7. num. 20. & ſeqq. Mev. *part. 2.*
102. *deciſ. 62. num. 1.* quod fieri intelligitur, ubi quicquid Actorum circa litem,
quam devolvit Appellatio, fuit, ad ſuperius Judicium transfertur, poſt
103. Bald. *in dict. l. 2. Cod. de edendo.* Mev. *dict. deciſ. 62. num. 2.* minimè verò, ſi,
cùm plures inter partes eſſent diverſæ lites, & pro una lite alterius Actis
partes uſæ fuiſſent, fieret illa per nudam Relationem ad Acta alterius li-
104. tis, Mev. *dict. deciſ. 62. num. 3.* ut autem lites non debent confundi: ita
nec Acta confundenda ſunt, ſed cuique ſua integra relinquenda, Mev.
105. *dict. loc.* Apud Judicem à quo poſt Appellationem, Actorum ſeparatio,
quatenus concernunt Merita Cauſæ, rectè petitur, & impetratur, Mev.
106. *part. 1. deciſ. 181.* quando ab uno puncto appellatum, ſufficit tantùm par-
tes Actorum illius puncti edi, Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 18. artic. 5. num. 79.*
Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 28. num. 62.* Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 2.
cap. 10. num. 7.*

107. Appellans ſibi alia, quàm litis in priori Inſtantia ſuper cauſa, à quâ
appellatum fuit, Acta edi, & idcircò Compulſoriales petens, has non
impetrat, cùm ſint Sine Clauſula mandatum, quod pro editione Acto-
rum, & Inſtrumentorum non decernitur, niſi in iis cauſis, in quibus
108. lex, vel mos editionem injungit, Mev. *part. 3. deciſ. 3. num. 2.* Inter quas
cauſas illa ſpecies, cùm acta alia, quàm ad litem, in qua Partes verſan-
tur, pertinent, petuntur, non reperitur, propterea nec Mandatum de-
cerni, ſed Judex, aut alius, penes quem acta ſunt, prius audiri debet,
Mev.

Mev. *dict. deciſ. 322. num. 3.* Caſus talis eſt: Poſt edita Acta prioris Inſtan- 109.
tiæ inter Appellantem & Appellatum ventilata, ille pro Gravaminibus
juſtificandis, alia Acta, ſed ab ipſo Proceſſu ſeparata allegabat, & à Ju-
dice prioris Inſtantiæ ſine morâ avocari, nec non in cognitione cauſæ
ſuper Gravaminibus ſuis inſpici rogabat. Et denegatum eſſe in Tribu-
nali Wiſmarienſi illud ipſum petitum, atque dilatum poſt pronuncia-
tionem ſuper relevantiâ, & Litis conteſtationem teſtatur, Mev. *part. 2.
deciſ. 204. num. 1.* Eò quod non eſſent pars Actorum primæ Inſtantiæ in 110.
eadem cauſâ, ſed litis alterius, atque ideò ad editionem ſolitam non
pertinerent, Mev. *dict. deciſ. 204. num. 2.* ſed ad Probatoria, quæ poſt iſtam
deferuntur, Mev. *dict. deciſ. 204. num. 3.*

Quando Acta integra deperdita, aut combuſta fuerunt, tum de 111.
integro & novo, cauſa coram Superiore tractanda & cognoſcenda,
Gail. *lib. 2. dict. obſervat. 134. num. 21.* Mynſing. *centur. 1. obſervat. 11. & centur. 2.
obſervat. 16.* Carpzov. *in Reſponſ. Jur. Electoral. lib. 3. reſponſ. 19. num. 13. & ſeq.* &
Proceſſ. Jur. dict. tit. 18. artic. 5. num. 92. & ſeqq. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap.
28. num. 62.* & *ad l. 1. §. 2. & 3. ff. de edendo. num. 2.* David Döring. *dict. verb.
Acta Judicii, num. 259. & 263.* Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 10. num. 13.*
Mutila Acta, parte eorum fortè amiſſa, ex Manualibus, ut vocant, Par- 112.
tium Actis ſuppleri debent, Chriſtinæ. *volum. 1. dict. Deciſ. Cur. Belg. 254.
num. 16.* Berlich. *part. 2. deciſ. 293.* Mev. *part. 2. deciſ. 69. num. 2. & ſeqq.* Carp-
zov. Brunnemann. & Nicolai *dict. loc.* Hoc enim tentandum eſt, ante-
quam cauſa de integro agatur, Mev. *dict. deciſ. 69.* & Brunnemann. *dict.
loc.* Acta redemta ab una parte ſuis nummis, ſunt quidem ipſius redi- 113.
mentis, id tamen intelligi debet perdito Originali, receptâ mercede
condignâ, Döring. *dict. verb. Acta Judicii, num. 210.* Obtentus Actorum 114.
mancorum, ſeu in ſecunda Inſtantia imperfectè editorum, ad impe-
trandam Reſtitutionem in integrum, contra Sententiam publicatam
non proficit, Mev. *part. 4. dict. deciſ. 191.*

Quando verò ab initio nulla fuerunt Acta, dum fortè levato velo, 115.
ſummariè & ſine ſcripto proceſſum, Relatio Judicis à quo edi & tranſ-
mitti ſolet, eaque recipitur quidem, ſed fidem plenam non habet, Mev.
part. 5. dict. deciſ. 74. num. 2. niſi prius eâ communicatâ, & audita utraque 116.
parte, quâ in illam conſentiente Actorum inſtar eſt, Mev. *dict. deciſ. 74.
num. 3.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 28. num. 62.* cùm Conſenſus Par-
tium ſuppleat Actorum defectum, Mev. *dict. loc.* Alterâ autem parte im- 117.
pugnante, non ultra attenditur, quam non repugnat iis, quæ poſtea in
Actis deducuntur, in quibus fidem ſupplere valet atque ideò non planè
rejicitur, Mev. *dict. deciſ. 74. num. 4.*

118. Prædicta in breve quoddam Compendium ſic conjici poſſunt: Edi
dicuntur Acta, ad inſtantiam ejus, cujus intereſt, quicunque ſit, à Judice à quo, tam
Civilia, quàm Criminalia, dict. l. is, apud quem. 2. Cod. de edendo. & qui-
dem integrè, cum deſignatione quid hoc, vel illo die actum ſit, & ſub Sigillo ſuo Judi-
ciali, qui ſi ceſſat edere, primâ vice Compulſoriales Sine Clauſula Pœnales, cum Cita-
tione à Judice Appellationis adverſus eum decernuntur; Secundâ vice Compulſorialibus
arctioribus ad edendum ad inſtantiam Appellantis adigitur, adjectâ Citatione, ad vi-
dendum ſe incidiſſe in pœnam, Ordinat. Cam. part. 2. tit. 31. §. Damit auch ꝛc.
10. Neque tamen ipſa, quod ajunt Originalia Acta edit Judex ſed exemplum tantùm,
David Döring. dict. verb. Acta Judicii, num. 167. Ubi ſæpè querela partis de
Actis non completis, quod quidem non eſt præſumendum, ſed proba-
tio defectûs, injungenda defectum alleganti & Mandatum poſtea decer-
nitur de Actis ſupplendis. Quod ſi Acta perierint, vel de integro agen-
dum, vel Acta ſupplenda ex Manualibus, Brunnemann. ad l. 1. §. 2. & 3.
ff. de edendo. num. 2. add. ſuprà num. 112.

119. Nota Procuratorem Jure Retentionis Actorum, & Inſtrumento-
rum uti poſſe, propter Salarium fortè promiſſum, vel Impenſas, per
l. 25. ff. de Procurator. Weſenbec. in Paratitl. ad Pandect. tit. de Procurator. num. 8.
Manzius ad tit. Pandect. de Procuratoribus. num. 353. Molignatus de Jure Reten-
tionis. quæſt. 75. Menoch. remed. 11. recuperand. Poſſeſſ. num. 14. Finckelthauſ.
obſervat. 98. num. 31. & ſeqq. Brunnemann. ad l. 25. ff. de Procurator. num. 10.
Quamvis autem hoc reſtringere ſoleant ad Expenſas, ut ſcilicet ob Sa-
larium non poſſint retineri Acta, ſed tantùm propter Impenſas, Nicol.
Boër. deciſ. 55. num. 3. David Döring. dict. verb. Acta Judicii. per l. qui proprio.
46. ff. de Procurator. Grönwegen ad dict. l. 25. ff. de Procurator. Videtur ta-
men contrarium inferre generalitas textus dict. l. 25. & uſus moresque
120. noſtri, teſte Brunnemann. dict. loc. Sic & Advocato Acta eouſque apud ſe
retinere licet, donec ipſi ſatisfiat de honorario, Gail. lib. 2. obſervat. 12. num. 5.
121. Carpzov. in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 25. definit. 23. num. 3. & 4. Quod
ipſum tamen fallit in Actis Publicis, quæ exhiberi Magiſtratus aut Rei-
publicæ intereſt, Carpzov. dict. definit. 23. num. 5. & 6.

122. Notarius tenetur edere Protocolla, & Inſtrumenta à ſe conſcripta,
non ipſe ſolùm, ſed & Hæres illius, l. 9. §. 1. & l. 6. §. 1. ff. de edendo. l. 2. &
l. 6. Cod. eod. Menoch. de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. caſ. 87. num. 6. & 7. No-
123. tarius etiam Notariatu privatus, & deletus in Matricula, vel ſurrogatus
in locum Notarii, aut quilibet aliàs etiam privatus ex conſuetudine au-
thoritatem habens ad Protocolli editionem adſtringitur, Menoch. de
Arbitrar. Judic. Quæſt. dict. lib. 2. caſ. 91. Althuſ. in Dicæolog. lib. 1. cap 95. num. 17.
124. imò etiam Poſſeſſor Inſtrumenti, ad quem defuncto Notario perve-
nerunt

nerunt Protocolla defuncti, Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 64. num. 6. Althuſ.
dict. cap. 95. num. 18. Et licet is, qui produxit vel protulit Inſtrumentum 125.
nullo vitio viſibili ſuſpectum, non cogatur Protocollum exhibere, l. cum
quidam. 21. Cod. de fide Inſtrumentor. Roland. à Valle volum. 1. conſil. 44. num. 3.
Secus tamen eſt, ſi Inſtrumentum primo intuitu, &, ut Pragmatici lo- 126.
quuntur, in prima ſui apparentia, falſi ſuſpicionem præ ſe ferat, aut vi-
tium aliquod habeat aliunde, quàm ex ipſa temporis antiquitate con-
flatum: tunc enim cogendus eſt producens exhibere Protocollum, ſi
exhiberi poſſit, Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 16. definit. 16. num. 3. & 4.
Quid autem ſi dicatur, & probetur deperditum? Iniquum ſanè fuerit 127.
ad impoſſibile quem urgeri, dummodo purget ſe de dolo is, qui exhi-
bere debuit, id eſt, juret ſine ſuo dolo fuiſſe deperditum, Anton. Faber
dict. definit. 16. num. 5. ſed quæritur: An Inſtrumentum Publicum probet, 128.
Protocollo non exſtante? Affirm. per l. contractus venditionum. 17. Cod. de fide
Inſtrumentor. Covarruv. part. quæſt. 19. Fachinæ. Controverſiar. Jur. lib. 11. cap. 38.
Nec eo minus tamen falſi accuſatio inſtitui poterit, cùm alias falſitatis
probationes habere Adverſarius poſſet, puta ex comparatione Litera-
rum, Anton. Faber dict. definit. 16. num. 6.

Illa JCtorum Sententia, quod ſcilicet quando Inſtrumentum caret 129.
vitio viſibili, non neceſſaria, nec injungenda ſit Protocolli, ex quo il-
lud deſumptum, vel extraditum fuit, exhibitio, pertinet ad illum ca-
ſum, quo poſtulatur ab Adverſario, cùm penes ipſum eſt Protocollum,
vel Originale Inſtrumenti, ſecus ſe res habet, ubi à Notario id poſtu-
latur in ea ſpecie, quando illo opus eſt, aut ad perquirendam veritatem
Inſtrumenti, aut convincendam ejus falſitatem, aut ad hauriendum du-
biorum verborum ſenſum, pro hoc æqua & neceſſaria eſt exhibitio,
Gail. lib. 1. obſervat. 106. num. 6. Mev. part. 8. deciſ. 404. num. 1. 2. 3. & 4. quia, 130.
uti Protocollum matrix Inſtrumenti, ita & clavis eſt, quando dubitatio
incidit, Mev. dict. deciſ. num. 5. & 6. Hoc adeò verum eſt, ut, ſi Notarius 131.
requiſitus nolit exhibere Protocollum, Mandatis Pœnalibus ad inſtan-
tiam alterutrius Partis ad hoc compelli poſſit, per text. in l. argentarius. 10.
ff. de edendo. Gail. dict. loc. ſed diſtinguendum eſſe videtur, an ejus, qui 132.
petit exhibitionem, mandato Inſtrumentum factum ſit, an non? & ite-
rum, an ejus interſit, vel non? Ei, cujus mandato Inſtrumentum factum
eſt, nec non qui intereſſe demonſtrat, facienda eſt Documentorum
editio, l. 6. §. 5. & l. 9. §. 3. & 4. ff. de edendo. Bartholomæ. Leonhard. Suen-
dendörffer. in Annotat. ad Amad. Eckolt. Compendiar. Pandectar. Tractation. tit.
de edendo. §. 15. Non tamen ita fieri Protocolli editio debet, ut falſi accu- 133.
ſationem minitanti tradatur illud, ne fortè falſum ipſe committat, ſed

ita, ut in manibus Commiſſarii, aut Grapharii ejus inſpiciendi Copia
134. fiat, Anton. Faber *in Cod. dict. tit. 16. definit. 17.* etſi vel eſſet ratio quædam,
cur parti non facienda Protocolli exhibitio, Judici tamen, cùm iſto ad
indaginem veritatis opus habet, poſtulare licebit, Mev. *part. 8. deciſ. 404.*
num. 8.

135. Judicii Actuarius quoque vel Judex denegare non debet parti,
Protocolli Judicialis Copiam petenti, præſertim in ea cauſa de qua agi-
tur, habiti, Althuſ. *in Diceolog. lib. 1. dict. cap. 95. num. 19.* Mev. *dict. deciſ. 404.*
136. *num. 6.* Protocollum Judiciale enim eſt pars Actorum, atque ideò non
ſecus, ac hæc commune eſt Partibus, nec minùs quàm Actorum aliàs
137. Copia fieri debet, Mev. *dict. loc.* Imò cuilibet petenti & intereſſe ſuum
docenti Protocollum & reliqua Acta, tam Civilia, quàm Criminalia
138. edi debent, Weſenbec. *part. 3. conſil. 149.* atque ideò delatis, vel incul-
patis alicujus criminis, v. gr. Veneficii, vel Magiæ, ſi quam ſui defen-
ſionem, etiam antequam ſub inquiſitionem Magiſtratus ſpecialem ca-
dant, ad hanc avertendam moliantur, non eſt deneganda Actorum &
139. Protocolli communicatio, *vid. latè ſuperius num. 40.* dummodò idoneam
Cautionem præſtiterint, per quam metus fugæ tollatur, Carpzov. *in*
Pract. Criminal. part. 2. quæſt. 95. num. 62. Richter. *part. 3. deciſ. 130. num. 12. & 21.*
verſ. Einfolglich *Copia Protocolli* ihme nicht zu verſagen. Et *pag. 106. verſ.* Ver-
meynen wir / daß derer Herren Bekäntnüß ihnen aus dem Gerichts-*Protocoll*
zu *communiciren* / dafern ſie ſich zu *defendiren* gemeynet: ſie ſind aber dage-
gen / damit ſie die Flucht nicht ergreiffen mögen / genugſame *Caution* zu *præ-*
ſtiren ſchuldig.

140. Nec Judici ſuperiori prohibendum, quin pro veritate cognoſ-
cenda à Judice inferiore Protocollum eorum, quæ coram ipſo acta
141. ſunt, ſibi exhiberi petat, Mev. *dict. deciſ. 404. in fin.* Protocolla Judicii
non probant niſi integra, nec ſuper imperfecti Sententia
ferenda eſt, Mev. *part. 1. deciſ. 119.*

CAPUT QUARTUM.
De Actorum Tranſmiſſione.

SUMMARIA.

1. *Actorum Judicialium finis eſt Sententia.*
2. *Sententia concipi ſolet aliquando ab extraneo ad quem Acta tranſmittuntur.*
3. *Acta tranſmittere quid ſit?*
4. *Actorum Tranſmiſſio introducta primum moribus.*
5. *Et Conſuetudine Germaniæ generali.*
6. *Quæ ſit obſervantia veteris Conſuetudinis in Germania.*
7. *Legibus, Conſtitutionibus & Statutis quoque Actorum Tranſmiſſio expreſſè ſtatuta & confirmata invenitur.*
8. *Per Germaniæ Leges beneficium partium litigantium eſt, ut Acta ad Collegium JCtorum tranſmittantur.*
9. *Uti in Saxonia.*
10. *In Ducatu Brunovicenſi.*
11. *Et Pomerania.*
12. *Tranſmiſſio Actorum à Carolo V. præcipitur in Cauſis Criminalibus.*
13. *Atque ab Imperatore Maximiliano II. permittitur in Auſtrægis.*
14. *Cauſæ variæ ob quas Tranſmiſſio Actorum introducta, recepta & confirmata.*
15. *Qua occaſione Collegiis JCtorum in Academiis facultas de Jure reſpondendi data fuerit.*
16. *Unde mos & libertas illa communis tranſmittendi Acta ad JCtorum Facultates pro concipiendis Sententiis provenerit.*
17. *Acta tranſmittere poteſt Judex.*
18. *Cujuscunque ſortis, conditionis vel qualitatis, ſive Juris imperitus carens Aſſeſſoribus, ſive ejusdem peritiſſimus & Aſſeſſoribus ſolertiſſimis inſtructus fuerit.*
19. *Judex ex officio Acta tranſmittere poteſt, ſuper iis cognoſcere nolens.*
20. *Remedium Acta tranſmittendi uſurpandum eſt, quatenus neceſſarium, & juſta ex ratione adhibetur.*
21. *Quando eſt diſſenſus inter partes judicantes circa Sententiam.*
22. *Item ſi cauſa ardua, dubia, vel intricata videtur.*
23. *Si quædam contra Judicem exſurgunt ſuſpiciones, quas evadere cupit.*
24. *Si Judex partis alterius odium vel invidiam evitare conatur.*
25. *Actorum tranſmittendorum remedium arbitrio Judicis relictum etiam invitis partibus, decernitur.*
26. *Hoc remedium ſine ratione, multò magis contra eam adhibitum, non leve Gravamen infert, atque præbet Partibus cauſam conquerendi, & petendi, ut Judex ipſe Acta legat & judicet.*

27. *Tranſmiſſio Actorum ob impendia oneroſa, propter moras moleſta, & ob ea, quæ ſæpius ex Statutis & Moribus Locorum ſingularibus in lites incidunt, & attendi merentur, extraneis verò ignota ſunt, periculoſa eſt.*
28. *Judex cauſam dans hisce inconvenientibus, haud inique officii neglecti arguitur.*
29. *Superioris eſt ad ejusmodi Gravaminibus litigantes liberare & abuſum coërcere.*
30. *Ubi rationabili cauſa non attenta Judex inſtitit tranſmittere Acta à Decreto Tranſmiſſionis appellari, & ut ipſe pronunciet, impetrari poteſt.*
31. *Ad inſtantiam partis utriusque, vel etiam unius, Judex Acta tranſmittit.*
32. *Partibus vacat rogare Tranſmiſſionem Actorum ad Collegium JCtorum.*
33. *Quomodo Partes ſoleant petere Actorum Tranſmiſſionem.*
34. *Petitum Tranſmiſſionis Actorum habet vicem Recuſationis Judicis velut ſuſpecti, quare peti non debet, niſi cum allegatione probabilis cauſæ.*
35. *An, ſi Litigantes velint tranſmitti Acta ad Facultatem Juridicam, Judex poſſit reſiſtere, & ipſe Sententiam ferre? Affirm.*
36. *Non procedit hoc, quando Judex eſt Juris imperitus.*
37. *Item, ubi Tranſmiſſio approbata Moribus, vel Conſuetudine, uti in Germania.*
38. *Camera Imperiali excepta.*
39. *Aut Conſtitutione mandata.*
40. *Vel cauto præſcripto illius, cujus authoritate Judicium conſtituitur.*
41. *Aut quando cauſa à Superiore ita delegata eſt, ut in ea petatur Juris Informatio.*
42. *Vel alia juſta cauſa ſubeſt.*
43. *Licet Judex invitus regulariter ad Tranſmiſſionem Actorum non teneatur, melius tamen atque honeſtius facit, ſi petitioni Partium id poſtulantium locum det.*
44. *Si Judex recuſaverit Tranſmiſſionem petitam malè & inhoneſtè, vel turpiter quid egiſſe dicitur.*
45. *Fas non eſt Judici Tranſmiſſionem denegare, rejectioque petiti iniqua cenſetur.*
46. *Niſi ex tali cauſa, ex qua ipſiusmet Judicis pronunciatio neceſſaria eſt.*
47. *A negata Actorum ad Collegium Juridicum Tranſmiſſione, tanquam Gravamine ſufficiente appellari poteſt.*
48. *Sententia, ante conſilium ſapientis, ſi id petitum, & cauſa dubia fuerit, lata, ipſo jure nulla, & juſtum Gravamen appellandi eſt.*
49. *Præjudicium Camerale allegatur.*
50. *Si neglectâ petitione pro Tranſmiſſione Actorum Judex ferat Sententiam, tunc demum poteſt appellare pars illa, ſi per Sententiam læſa fuerit.*
51. *Privati quoque pro ſua informatione Conſilia rogare poſſunt.*
52. *Acta ad quos tranſmittantur.*
53. *Leges breves ſunt, & ideò interpretationem deſiderant.*
54. *Poteſtas interpretandi olim apud Collegium Pontificum fuit.*

55. Poſtea

55. *Poſtea ad ſingulos, initio ex Conceſſione Imperatorum, deinde ex fiducia ingenii pervenit.*
56. *Div. Auguſtus conſtituit, ut ex ſua authoritate hoc beneficium impetraretur.*
57. *Et Tiberius obſervavit, atque Hadrianus.*
58. *Illorum prudentum Reſponſa tantam habuerunt authoritatem, ut Judici ab iis recedere non liceret.*
59. *Hoc duravit uſque ad tempora Juſtiniani, qui ordini conceſſit ut Examen ſubirent, & tandem probati facultatem reſpondendi de jure acciperent.*
60. *Tandem ſolemnis Doctorum Creatio cœpit circa Annum Chriſti 1105. tempore Imperatoris Lotharii.*
61. *Inde pedetentim Collegia Juridica & Facultates.*
62. *Non alii hodie in Academiis ad Facultatis Juridicæ Collegium recipiuntur quàm Doctores in utroque Jure promoti.*
63. *Creare Doctorem eſt de Regalibus majoribus, ut & Collegium tale inſtituere.*
64. *Quot Perſonæ in Collegio eſſe debeant?*
65. *Ad Collegii Societatem conſtituendam tres ad minimum Perſonæ requiruntur.*
66. *Per unam tamen conſervari poteſt, ita ut ab uno Conſultore Sententia lata valeat.*
67. *Utilius tamen eſt hoc caſu alium adſciſcere.*
68. *Hi Jurisprudentes ad dandum Reſponſa legitimè ſive conſulti, ſive interrogati ſeſe obligatos, & ſine recuſatione paratos præſtare debent, niſi hanc ſuadeat juſta ſuſpicionis cauſa.*
69. *Quid ſi ſuſpicionis cauſa non tangat omnes, ſed unum, non adeo magnæ authoritatis, vel plures, modo non majorem partem Collegii.*
70. *Si ſuſpicionis cauſa ex æquo communis ſit omnibus, vel ſaltem majori Collegii parti?*
71. *Excipi à Litigantibus poteſt contra Collegium ſuſpectum.*
72. *Præter Facultates in Germania ſunt & Scabinatus.*
73. *Quænam ſit horum authoritas.*
74. *Privatis JCtis, etiam Graduum Doctoræ inſignibus clareſcentibus, facultas & authoritas dandi Reſponſa ſolennia, nulla competit.*
75. *In Conſilio, vel vulgari Reſponſo petendo, cuivis eſt licitum pro arbitratu Tranſmiſſionem deſtinare ad privatum unum vel plures.*
76. *In Weſtphalia JCti privatim rogantur.*
77. *Hodie raro unius ſolius Sententiæ ſtatur.*
78. *Res, de quibus Reſponſa impetrari & dari poſſunt, ſunt qualibet, quæ in controverſia coram Judice agitantur, ſive parvi, ſive magni fuerint momenti.*
79. *Sive tractentur in Judicio ordinario, ſive ſummario.*
80. *Sive in prima, ſive ulteriore Inſtantia diſceptentur.*
81. *Sive fuerint Civiles, ſive Criminales.*
82. *Vel etiam Feudales.*
83. *Aut alia quæque in Judicium deducta.*

84. Exci-

84. *Excipiuntur, quæ in Artificum peritorum experientia, credulitate & opinione verſantur.*

85. *Non ſolùm ſi Sententiam tractant Definitivam, & Interlocutoriam, etiamſi non ſit magni momenti.*

86. *An iis in caſibus, ubi de re plana, clara & liquida, manifeſta & indubitata litigatur, Tranſmiſſio Actorum & Reſponſum Facultatis requiratur.*

87. *An ſola quæſtio Juris, an verò, & facti ad Tranſmiſſionem ſit idonea?*

88. *Acta integra ad obtinendum Reſponſum perfectum, tranſmittenda ſunt.*

89. *Veluti interrogabitis, ita quoque reſpondebitis.*

90. *Sententia ſuper Actis non integris & plenis non poteſt ferri.*

91. *Ad Tranſmiſſionem procedi non poteſt, niſi poſt factam Concluſionem.*

92. *Quando ab utraque parte concluſum, vel alterutra tergiverſante, Judex ex officio concludere poteſt, Interlocutoria de Actis tranſmittendis opus eſt nulla, ſed ſtatim Tranſmiſſioni indifferenter locus eſt.*

93. *Ut Tranſmiſſio ritè procedat, præcedere debet Actorum Inrotulatio.*

94. *Rotulatio ſeu Inrotulatio eſt vox barbara Latinitati ignota.*

95. *Derivant à Latino Rota.*

96. *Nomen* Rotulus, *unde derivetur, quid ſit, quomodo Germanicè vocetur, rotulare & inrotulare quid denotet,* wann die *Acta* ſollen *inrotuliret* werden.

97. *Rotulatio ſeu Inrotulatio quid propriè ſit?*

98. *Alia brevior deſcriptio.*

99. *Actus Inrotulationis quo Jure introductus ſit?*

100. *Ut Inrotulatio ritè fiat à Judice, Partes ad eam & ſubſequentem Tranſmiſſionem citandæ ſunt.*

101. *Cauſa hujus Citationis prima.*

102. *Ratio ſecunda.*

103. *Citatio illa quid ſit, & quomodo fiat?*

104. *Partibus ad Inrotulationem præfixo die venientibus, & in Judicio comparentibus, ad Inrotulationis Actum proceditur.*

105. *Ab Actuario Judicii Acta ex ſcriniis proferuntur omnia, prout ſunt, ordine temporis & Partium obſervato, utrinque producta, ut non tantùm oculis Partium perluſtrari, ſed & manibus comprehendi queant.*

106. *A Partibus eorumque Procuratoribus Acta Judicialia cum Actis eorum Manualibus conferuntur, & ſi quid deſit, ſuppletur.*

107. *Itemque proſpicitur, ne quid vel antè irrepſerit chartæ, vel jam inſinuatum ab alterutra parte, vel aliunde clanculum inſertum ſit; vel ne parti cuiquam poſt Concluſionem, vel in ipſo Rotulationis Actu aliquid produxiſſe liceat.*

108. *Viſis & lectis Actis, iisque inventis plenis, à Protonotario, vel Actuario numeris diſtinguuntur.*

109. *Protocolla Judicialia adduntur.*

110. *Deinde filo circumligantur.*

111. *Atque conſignantur.*

112. *Statim in præſentia Partium.*

113. *Non tantùm Judicis, ſed etiam Partium Sigillo.*

114. *Si Partium utraque, vel alterutra citatæ, ſe, quod comparere ſibi non liceat, vel libeat, excuſent, & Judicis fidei Rotulationem committunt, illa rectè cum requiſitis ſuis omnibus ipſis abſentibus expediri poteſt & debet.*

115. *Si ambo, vel alteruter Litigatorum contumaciter abfuerint, nihilominus in contumaciam Inrotulationis Actus procedit & perficitur.*

116. *Rotulo confecto nihil ad Acta admittitur præter Conſilia & Informationes Juris.*

117. *Si Partes aliquid deducere, Mandata Procuratoria offerre, vel aliàs Proceſſus ſupplere velint, talia rejiciuntur.*

118. *Vel, ſi contingat admitti, cum clauſula:* Quantum de Jure &c. *extrinſecus Actis alligantur.*

119. *Poſt abſolutam Inrotulationem Partes excipiunt contra hoc, vel illud Collegium, utpote partiale vel ſuſpectum.*

120. *Collegia non partialia requiruntur.*

121. *Litigantes iſto Jure abuti non debent.*

122. *Et non nimii eſſe in excipiendo, & hâc ratione Adverſario immodicos ſumptus cauſare.*

123. *An Proteſtatio contra aliquot Collegia ſemper admittatur?*

124. *An Collegium ut ſuſpectum argui poteſt, in quo Judex vel Pars adverſa, vel ipſius Advocatus habet Cognatum vel Affinem familiarem, vel pars ipſa inimicum ſibi unum vel plures? Item, quod fovet opinionem ſuæ cauſæ contrariam, vel adverſæ amicam?*

125. *Collegium, quod uni litigantium parti Conſilium ſuppeditavit, meritò ſuſpectum eſt alteri parti.*

126. *Conſilia à parte quæſita Judici nominanda.*

127. *Pars ſuam Conſcientiam, quod à nullo Collegio ſit in illa cauſa informata, excul- pare tenetur, ſi Præſumptionibus, Conjecturis, vel Indiciis quibusdam prægravata fuerit.*

128. *Quando nullum Collegium redditur ſuſpectum, ſed Judicis arbitrio ſelectio committitur omnimodò, Judex quo vult, Acta tranſmittere poteſt.*

129. *Item obtinet, quando contra quædam excipitur libera poteſtate Judici relicta, quoad reliqua non ſuſpecta.*

130. *Ad Proceſſum citius finiendum facit ſi Acta ad proximum Collegium, cui Jura & Statuta Provincialia nota, mittuntur.*

131. *Partes non debent ſcire, ad quod Collegium Tranſmiſſio fiat.*

132. *Niſi in Collegium certum compromiſerint.*
133. *His peractis ſcribitur Epiſtola ad Collegium, à quo Reſponſum petitur, tranſmittenda.*
134. *Quid illa Epiſtola contineat?*
135. *Formula Epiſtolæ.*
136. *Plenior Formula Epiſtolæ, & quidem quando Judex ex officio, vel motu proprio Acta tranſmittit.*
137. *Alia Formula Epiſtolæ, ubi Tranſmiſſio fit, ad petitionem, ſeu inſtantiam unius, vel utriusque partis.*
138. *Tranſmiſſio Actorum ad peregrinos JCtos pro Sententia ſuper iis dictanda ſic fieri debet, ut liberum ipſis relinquatur judicium.*
139. *Fas non eſt Judicibus illis JCtis præſcribere, quomodo Sententiam dicant.*
140. *Illud fini Tranſmiſſionis contrarium & nullum eſt.*
141. *Non debent Merita Cauſæ in Literis illis tractari.*
142. *Neque Additiones, Gloſſæ vel Interpretationes illis inſeri.*
143. *Solent, & poſſunt Judices aliquando ex Actis elicere puncta, quæ in controverſiam veniunt, & ea in Literis ad Collegium dandis recenſere, ut eo minus à vero Controverſiæ Statu aberrare, nec unum membrum controverſum negligere queat.*
144. *Hæc puncta partibus præſentibus elicere, non inutile.*
145. *Hoc rarò fit.*
146. *Litigantes à Judice Acta tranſmiſſuro, ſi ipſum ſuſpectum habent, petere poſſunt, ut edat Copiam Literarum, quas dare vult.*
147. *Judex tenetur dare Copiam iſtius Epiſtolæ ad requiſitionem unius, vel alterius litigantis, nec denegare poteſt, aliàs appellatur.*
148. *Cautela, cujus beneficio Judices, & Actuarii ſinceri ſuſpicionem à ſe amovere poſſunt.*
149. *Quando ex Statuto, vel Moribus Locorum pronunciatio fieri debet, Statuta & Conſuetudines peregrinis pro Informatione notificari debent.*
150. *Ejusmodi Informatio Praxi uſitata eſt.*
151. *Ultra notificationem ejus, quod certum eſt, progredi haud oportet, nec præter Jus, quid de controverſia judicari debeat, ſcribere licet.*
152. *In Miſſivis non eſt referenda Conſuetudo Loci controverſa, aut Sententia Statuti dubia.*
153. *Poſſunt Acta tranſmitti ea conditione in Literis expreſſa, ut, ſi Collegium de cauſa hac ab una parte conſultum fuerit, illique reſponderit, Acta integra & non aperta ſtatim remittantur, vel ſi unus à Collegio conſultus operam ſuam navaverit uni parti, is à deliberatione & voto abſtineat.*
154. *Solent aliquando Epiſtolæ commendatitiæ Actis addi.*

155. *Hæ ſunt periculoſæ.*
156. *An liceat Judicibus Copiam Reſponſi petere in Epiſtola ad Informationem, & eo fine, ut ipſi poſtea Sententiam ex illa concipiant?*
157. *Si Judices Jura Partium ſcire volunt, non poteſt non eſſe ſuſpectum, & optimum eo caſu denuò Acta tranſmittere Judicis impenſis.*
158. *Actuarius relegendo Epiſtolam, Nomen Collegii, cui eſt inſcribenda, ſupprimere, & Epigraphen remotis partibus Epiſtolæ inſcribere ſolet.*
159. *Non debet Judex Copiam Nominis Collegii, vel Juriſperitorum, ad quos Acta tranſmittuntur ſecreto, dare.*
160. *Sed quid, quando publicè mittuntur, puta voluntate partium?*
161. *Tranſmiſſio utplurimum fit inſciis Partibus.*
162. *Poſt hæc traduntur Acta Tabellario, ut ea ad locum deſtinatum maturè tranſferat.*
163. *Tabellarius & Protonotarius aliquando ſpeciali Juramento ligantur, quod clam velint habere, & nemini ante publicationem, quo Tabellarius abierit, aperire.*
164. *Tabellario mandari ſolet, ut exſpectet iſto in loco, quo ablegatur, donec Reſponſum à Collegio expeditum reportet, quo caſu ipſi pro mora in ſingulos exſolvenda dies merces promittitur, vel ſi Rotulus Actorum major fuerit, ut Collegii Actuarius, Tabellarium, Scheda quapiam ad Conſulentes de Honorarii quantitate, & tempore, quo Reſponſum repeti debeat, ſcripta, remittat.*
165. *Tabellarius, ad locum deſtinatum veniens, Acta Facultatis Decano offert, & Collegis ſuis ad faciendam Relationem communicat.*
166. *Munus referendi pro diverſis cujuscunque Collegii Statutis vel Moribus, interdum duobus, vel etiam pluribus defertur.*
167. *Utplurimum uni tantùm & quidem juniori, quandoque etiam reliquis ſingulis ordine ſucceſſivo.*
168. *Ita ut ſecundùm ordinem Collegarum in eo, quod primò adfertur, ſenior referat, quod ſecundò, is qui hunc ſequitur, & ſic deinceps.*
169. *Decanus excipitur.*
170. *Modus Referendi & Reſponſa dandi in Collegiis JCtorum uſitatus.*
171. *Improbatur.*
172. *Benè faciunt, qui ſuffragia ſequuntur non tam majora, quàm ſaniora.*
173. *Quem Referendi Modum Rennemannus in Facultate Juridica Academiæ Erfurtanæ introduxerit?*
174. *Rationes Decidendi in Collegii Archivo conſervari, & requirenti Judici communicari debent.*
175. *Ubi Juriſperiti Conſulti certum quid concluſerunt & conceperunt, id curant per Amanuenſem deſcribi, deſcriptum Sigillo Collegii & Subſcriptione ipſius nominis confirmatum, unà cum Actis in Rotulum redactis, & iterum obſignatis*

Tabellarii repetentis, & Honorarium offerentis manibus reddi, ad Conſulentes reportandum cum Epiſtola.
176. Formula & Tenor Epiſtolæ, quæ, Tabellario Acta repetenti à Collegio, redditur.
177. In Epiſtola additur Deſignatio Sportularum, & temporis quouſque Tabellarius exſpectaverit.
178. Sportulas pro ſtudio in lectione Actorum adhibito, ex æquo poſtulare, Facultati non eſt prohibitum.
179. Prout Acta fuerunt prolixa, cauſæ difficiles, & quæſtiones plures ſeorſim decidendæ.
180. Si Rationes Decidendi petuntur à Conſulentibus, Salarii quantitas extendi aliquatenus poteſt.
181. An & quando Reſponſum in Sententiæ Judicialis Forma Conſulentibus remittendum?
182. Formula Reſponſi in Sententiæ Judicialis Forma concepti, adjectâ ſimul Proteſtatione, cujus authoritate Sententia ita ſit dicta.
183. Formula Epiſtolæ tali in caſu ſeorſim ad Conſulentes conſcriptæ.
184. Quando Conſulentes ſimpliciter petiverunt, ut, quid Juris ſit informentur, quomodo & quæ in forma iis reſpondeatur.
185. An Judici deſideranti, vel alterutri parti contra alteram petenti, Copiam Reſponſi liceat ſeorſim, antequam illud publici Juris factum fuerit, communicare?
186. Si pars una clam Judice & parte altera Collegium aliquod conſuluit, num Collegium illud, ſi Judex & Pars ignara hujus Conſilii privati, Acta illuc tranſmittant ad Sententiam deſuper concipiendam, hæc acceptare, an verò ad Judicem remittere, & Reſponſum detrectare debeat?
187. Tabellario ad locum Judicii, unde Tranſmiſſio facta eſt, reverſo, partes litigantes certo die citantur, ad videndum, Acta reſignari, aperiri, publicarique Sententiam.
188. Partibus comparentibus remiſſus à Collegio Actorum Rotulus adhuc obſignatus in Judicio exhibetur circumſpiciendus.
189. Num Facultatis Sigillum ſit adhuc integrum.
190. Si nihil deſiderent, reſignatur & aperitur Rotulus.
191. Reſponſum non ſtatim publicatur, ſed Partes prius Acta perluſtrare & diſceptare debent, an Acta integra & plena ad Collegium tranſmiſſa, & ab eodem remiſſa ſint.
192. Judicis eſt Reſponſum ante Publicationem inſpicere, & videre, anne erroneum ſit, atque errorem à Collegio fortè commiſſum corrigere.
193. Reſponſa Judicem conſulentem ſic non conſtringunt, quin deprehenſo errore ab iis recedere valeat.
194. Concluſio generalis eſt, Judicem Conſilium Sapientum, ſeu Collegii alicujus Juridici mutare, corrigere & emendare poſſe, imò etiam illud omninò ſequi, non adſtrin-

adſtringi, ſed aliam Sententiam etiam Conſilio non conformem, & repugnantem, ferre valere.
195. Niſi Conſilium ex forma Statuti ſit requirendum & ſequendum.
196. Vel etiam Partes in extraneum Judicem conſenſerint.
197. Si Sententia à Peritis neceſſario petenda fuit, & hoc neglectum, nullitas committitur.
198. Quibus cautelis Judex utatur, ne Sententiam ex Conſilio Sapientum erroneè latam approbet, & litem ſuam faciat.
199. Qui JCtorum Judicium & Conſilium ſecutus eſt, nihil libidine, aut privato affectu feciſſe dicitur.
200. Judex Peritorum Sententiam non ſequens, quamdiu juſta diſcedendi cauſa non apparet, malè judicaſſe & gravaſſe præſumitur.
201. Conſilium ex approbatione & publicatione Judicis demum vires ſuas accipit, atque ideò Judex iniquum Conſilium ſequendo Juſtitiam violat, & ad Syndicatum tenetur.
202. Si Judex nec ex Statuto, neque ex petitione Partium tranſmiſerit Acta, ſed pro ſua tantùm Informatione, an illud Conſilium planè ſequi, aut rationes, ob quas diſcedat, reddere teneatur?
203. Reſponſa, quæ non ad Conſultationem Judicis, ſed ad partis litigantis requiſitionem promanant, Judex in pronunciando ſequi non cogitur.
204. Sed, quid ſi juſtam Cauſam quis foveat, & Facti circumſtantias verè narret?
205. Si Acta remiſſa & reſignata integra & plena reperta fuerint, neque deprehenſus error in Reſponſo, mox ad hujus Publicationem proceditur.
206. Reſponſum Collegii JCtorum ad Acta tranſmiſſa datum, per ſe non valet tanquam Sententia.
207. Vim Sententiæ accipit, & in rem judicatam tranſire poteſt, quando à Judice publicatur.
208. Judicem, qui ex Relatione Peritorum cujuſpiam Actis pronunciavit, ſi deinde à Peritioribus inſtruatur, priorem Relationem, ſive Reſponſum fuiſſe falſam, vel non conſentaneum veræ peritiæ & diſciplinæ, poſſe ſuam Sententiam revocare, etiamſi lapſum ſit tempus ad appellandum conceſſum, ſtatuit Myſingerus.
209. Sententiam latam ſecundùm Conſilium Sapientis nunquam tranſire in rem judicatam, & poſſe revocari propter Conſilium Sapientioris, docet Gailius.
210. Id intelligendum eſſe de Sententia à Facultate aliqua ad requiſitionem Judicis formata & nondum publicata putant.
211. Reſponſum nomine Judicis per modum Sententiæ conceptum, & ab hoc publicatum ſine dubio vim Sententiæ accipit, & in rem judicatam tranſit.
212. Idem obtinet in Reſponſo Collegii Juridici, quod non in modum Sententiæ, ſed Conſilii Juridici conceptum, & nomine Judicis non adjecto Partibus publicatum eſt.

 213. Judi-

213. *Judicem Conſilium ſibi tranſmiſſum ſubſcribere debere, ut valeat tanquam Sententia ſtatuunt nonnulli.*
214. *Refutantur.*
215. *Quando Judex cum Conſenſu Litigantium ad petitum illorum, vel ex officio Acta ad Collegium JCtorum miſit, ſemper in rem judicatam tranſit Sententia nomine Judicis publicata, nec ad peritioris JCti Conſilium revocatur, ſive nomen Judicis adjectum fuerit, ſive non, ſive in calce Conſilii ſcriptum, ſe ita pronunciare, ſive non.*
216. *Eo in caſu, quo Judex clam & privatim pro ſua Informatione Acta ad Collegium JCtorum miſit, Sententia non tranſit in rem judicatam.*
217. *Idem eſt, ſi Partes Judici offerant Conſilium, & is poſtea illud invita ſaltem altera parte publicare velit.*
218. *Conſilia ad partis implorationem facta ſunt ſuſpecta.*
219. *Uti narratur, ita impetratur.*
220. *Reſponſum ad unius petitionem obtentum, Jus inter partes facere non poteſt.*
221. *Ad unius Doctoris Reſponſum non æque benè Sententiam quoad vires rei judicatæ promulgari, adſeritur.*
222. *Contrarium ſtatuitur.*
223. *Prædicta obtinent non tantùm in Cauſis Allodialibus, ſed & in Feudalibus & Summariis, ut cauſa decidenda ad aliquod Collegium Juridicum tranſmitti, & Sententia taliter lata & publicata, in rem judicatam tranſire poſſit.*
224. *An illud, quod de Sententia JCtorum in rem judicatam tranſeunda dictum, etiam in aliis peritis, v. gr. Medicis, Chirurgis, Architectis, Fabris Lignariis, Paſtoribus & ſimilibus, locum habeat?*
225. *Publicatione peractâ Copia Reſponſi Partibus illas petentibus communicanda, ſalvo cujusque Jure.*
226. *Sportulæ quoque ſolvendæ, quarum alterum dimidium ante, alterum verò poſt Remiſſionem datur.*
227. *Cujus Sumptibus & Expenſis Tranſmiſſio Actorum fiat?*
228. *Tranſmiſſionem Actorum ad Collegium Sapientum fieri debere Sumptibus utriusque partis, etiam eo in caſu, quo una pars Tranſmiſſionem petit, ſtatuitur.*
229. *Hæc Sententia rejicitur & refutatur.*
230. *Diſtinguitur.*
231. *Si Judex ſive propter imperitiam, ſive cauſæ difficultatem, ſive ſuſpicionis evitandæ gratia Acta tranſmittit, utraque pars Sumptus ferre debet.*
232. *Si Judex Partibus ignorantibus, vel invitis, ex motu proprio Tranſmiſſionem adornat, ita tamen, ut ad Reſponſum obligatus eſſe nolit, illius emendatione, mutatione, vel rejectione ſibi reſervata, partes Sumptus ſuſtinere non coguntur.*

233. *Tranſ-*

233. *Tranſmiſſio Actorum fit Sumptibus utriusque partis, ſi ea fiat vel ex Statuto, vel petente utraque parte, vel ex officio.*
234. *Vel alterius tantùm, qui Tranſmiſſionem petit, eos tamen à ſuccumbente recuperat.*
235. *Si pars alterutra detrectet ſolutionem Sumptuum, & Actuarius, antequam ſolvantur, aperire Rotulum nolit, altera pars verò, ut eo citius expediatur lis, ſola interim Tranſmiſſionis Impenſas etiam alterius nomine exſolvat, Judex Executionis ope ſuccurrere ſolventi debet ad ſuam portionem pro dimidia parte refundendam.*
236. *Quid & quantum circa Impenſas rependi debeat, deſignant Actuarii Tabulæ Partibus litigantibus exhibendæ.*
237. *Quando ſunt nimis ſumptuoſæ, Judicis caſtigatione emendari, & ad æquitatem reformari debent.*
238. *Quomodo & in quibus illa caſtigatio, ſive moderatio fiat?*
239. *Quis ſit ſcopus vel finis Tranſmiſſionis Actorum quoad partes litigantes.*
240. *Quoad Judicem.*
241. *Quamdiu cauſa tranſmiſſa eſt ad Collegium JCtorum, Judex non poteſt interim in ea quid decernere, vel Sententiam ferre.*
242. *Si tulerit Sententiam, ea nulla eſt.*
243. *Ubi Tranſmiſſio ex Lege debetur, aut à Judice ſemel decreta eſt.*
244. *Decreto Tranſmiſſionis Actorum, quam Pars petit, Judex à ſe Sententiæ dicendæ facultatem abdicat.*
245. *Jus parti quæſitum, ipſi invitæ auferri nequit.*
246. *Judicem poſſe Acta ad Collegium Juridicum tranſmiſſa, antequam Sententia à Sapientibus concipiatur, avocare etiam Partibus invitis, vel etiam Conſilio Sapientum non exſpectato pronunciare concluditur à Berlichio.*
247. *Hæc opinio ceu Paradoxa rejicitur & refutatur.*
248. *Revocatio Tranſmiſſionis ſemel decretæ à Judice fieri poteſt.*
249. *Sed non aliter, niſi pars quæ Tranſmiſſionem petit, in ſolvendis Sportulis moroſa ſit.*
250. *Vel utraque pars petat, ut ipſe Judex cognoſcat, vel etiam appareat Tranſmiſſionem per calumniam eſſe petitam.*
251. *Ad Tranſmiſſionem non ſemper requiruntur Acta, ſed interdum Judex controverſiam cum Partium Conſenſu brevibus comprehenſam ad Collegium Prudentum tranſmittere poteſt, in unica tantùm Epiſtola Interrogatoria, dummodò illa, antequam obſignetur, Partibus prælecta, & ipſorum Judicio approbata ſit.*
252. *Quid præterea in hac Epiſtola requiratur.*

Quoniam

1. QUoniam Actorum Judicialium finis eſt Sententia, Frider. Pruck-
2. mann. *volum. 1. reſponſ. 38. num. 84.* eaque concipi ſolet, non ſolùm
ab ipſo negotii Judice, ſed & aliquando ab extraneo, ad quem
Acta tranſmittuntur, Conſilium ſuggerente, Schrader. *de Feud. part. 10.*
ſection. 14. num. 57. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 27. num. 5.* ideò pro inſti-
tuti ratione ſuccedit hîc Actorum Tranſmiſſio.
3. Acta tranſmittere vocant, quando ea Collegio Facultatis Juridicæ
ad decidendum, vel reſpondendum per Tabellarium inſinuantur, Styp-
mann. *de Referendar. cap. 7. num. 102.*
4. Actorum Tranſmiſſio primùm introducta eſt Moribus, Henning.
Rennemann. *in tractat. de Jure Tranſmiſſionis Actor. Judicial. ad Collegium Juris-*
prudentum, pro impetrando ſuper his in vim Sententiæ Reſponſo, cap. 1. num. 5. lit. b.
& *cap. 4. num. 22.* David. Mev. *in Commentar. ad Jus Lubecenſ. lib. 5. tit. 9. artic. 2.*
5. *in Addition.* & Conſuetudine Germaniæ generali, Zaſ. *in l. 10. ff. de Juris-*
diction. num. 13. Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 233.* Rennemann.
dict. cap. 1. num. 5. & 18. atque *cap. 4. num. 7. lit. a.*
6. In Germania vetus Conſuetudo ſic ſervat, ut Acta è Judiciis ad
Academias, vel Scabinatus, mittantur, & è Collegiis JCtorum, quæ ibi
ſunt, & de Jure reſpondendi facultatem obtinuerunt, Sententiæ ſuper
litibus petantur, Mev. *part. 3. deciſ. 40. num. 1.*
7. Legibus, Conſtitutionibus, & Statutis quoque Actorum Tranſ-
miſſio expreſſè ſtatuta, & confirmata invenitur, Rennemann. *de Tranſ-*
miſſion. Actor. cap. 4. dict. num. 22. Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 234.*
8. Per Germaniæ Leges beneficium partium litigantium eſſe, ut Acta ad
Collegium JCtorum tranſmittantur, ſcribit Mev. *part. 3. deciſ. 68. num. 1.*
9. uti *in Saxonica Ordinat. Polit. de Anno 1612. tit.* von *Juſtiz*-Sachen ꝛc. item
part. 1. Conſtitut. Electoral. 26. Stypmann. *dict. cap. 7. num. 235.* & Rennemann.
dict. cap. 4. num. 26. Joh. Balthaſ. Manſon. *in Decad. Notabilium Practicor.*
notabili 12. num. 14. Johan. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 66.*
num. 10.
10. In Ducatu Brunovicenſi, *Ordinatione à Julio Duce Brunovico editâ, &*
ab Imperatore Maximiliano II. Anno 1571. confirmatâ. Rennemann. *dict. cap. 4.*
11. *num. 25.* add. Pomerania, Hof-Gerichts-Ordnung *pag. 5.* und Land-
Tags-Abſchied *de Anno 1606.* §. Wir ꝛc. Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7.*
12. *num. 236.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. dict. num. 10.* Tranſmiſſio
Actorum à Carolo V. præcipitur in Cauſis Criminalibus *in Conſtitutione*
Criminali artic. 105. & ſeqq. Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 4.*
num. 23. Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 237.* Joh. Balthaſ. Man-
13. ſon. *in dict. notabili 12. num. 13. 16. & 17.* Atque ab Imperatore Maximiliano II.
permit-

permittitur in Auſtrægis, *Conſtitut. Anno 1570. in Comitiis Spirenſibus edita*
§. Was in Unſer Cammer-Gerichts-Ordnung ꝛc. *85.* Rennemann. *dict.*
cap. 4. num. 24.
Cauſæ verò, ob quas Tranſmiſſio Actorum introducta, recepta, 14.
& confirmata eſt, ſunt: Quod Judices nonnunquam dentur imperiti,
Marant. *in Specul. Aur. part. 6. tit. de Sentent. num. 13. verſ. Ubi ſunt Judices idio-*
ta &c. Rennemann. *dict. cap. 4. num. 11.* Anton. Perez. *in Prælection. ad Cod.*
tit. de Sentent. & Interlocut. num. 14. Et quamvis periti ſint, caſus tamen ſæ-
pius incidant difficiles, & momenti maximi, Rennemann. *dict. cap. 4.*
num. 12. Sæpè quoque ſint pluribus Cauſarum, Negotiorum, & varia-
rum Commiſſionum telis, etiam extra Judicium, impliciti, ut Sententiis
ex arte Juris concipiendis vacare nequeant, vel illas in longum tempus
cum Litigantium maximo detrimento differant, Rennemann. *dict. num. 12.*
itemque ſuſpecti, Rennemann. *dict. cap. 4. num. 13.* quia non omnia Ju- 15.
dicia per eos Judices adminiſtrantur, qui litium difficultatibus explican-
dis ſufficiunt, placuit Collegiis JCtorum in Academiis, facultatem de
Jure reſpondendi dare, iſtiusmodi verò Judicibus ab iſtis Sententias li-
tium petere. Inde mos tranſmittendi Acta ad JCtorum Facultates pro 16.
concipiendis Sententiis receptus pro Judicibus parum idoneis aut peri-
tis: deinde etiam iis, qui judicando apti litibus ſatisfacere valerent, ac
vel inter ſe non conveniunt, vel dubitant, vel odium Partium evitare
ſtudent, Mev. *part. 5. deciſ. 138. num. 1. in not.* Ex iſta conſuetudine tandem
libertatis communis factum, ut non tantum Judicibus ſi ipſimet aut no-
lint, aut non poſſint Sententiam concipere, hanc ab ipſis petere inte-
grum ſit, ſed & Partibus rogare, ut tranſmittantur, Mev. *part. 3. deciſ.*
40. num. 1.
Acta ergò tranſmittere poteſt Judex, Rennemann. *de Tranſmiſſion.* 17.
Actor. cap. 2. num. 10. & 11. Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 80.* Mev.
in Commentar. ad Jus Lubecenſ. lib. 5. tit. 9. artic. 2. in Addition. cujuscunque ſor- 18.
tis, conditionis, vel qualitatis ille fuerit, ſive Juris ſit imperitus carens
Aſſeſſoribus: ſive ejusdem peritiſſimis & ſelectiſſimis Aſſeſſoribus in-
ſtructus, Schrader. *de Feud. part. 10. ſect. 14. num. 50.* Rennemann. *dict. cap. 2.*
num. 11. Lit. a. David Döring. *in Bibliothec. JCtor. Lit. A. in verb. Acta Judi-*
cii, num. 180. Factum autem Judex hoc, vel ex officio ipſe ſuper Actis 19.
cognoſcere nolens, Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 80.* Mev. *ad*
Jus Lubecenſ. lib. 5. tit. 9. artic. 2. in Addition. & *part. 5. deciſ. 358. num. 1.* Id re- 20.
medium tamen uſurpandum eſt, quatenus neceſſarium, & juſtâ ex ra-
tione adhibetur, Mev. *dict. deciſ. 258. num. 2.* v. gr. quando eſt diſſenſus 21.
circa Sententiam inter Partes, cùm quivis ex Aſſeſſoribus ſuo inhæret
N con-

22. conceptui, Rennèmann. *dict. cap. 4. num. 25. Lit. e.* item ſi cauſa ardua,
dubia, vel intricata videtur, Rennemann. *dict. num. 25.* Stypmann. *de*
Referendar. dict. cap. 7. num. 81. & 82. Mev. *in Commentar. ad Jus Lubecenſ. dict. loc.*
23. aut ſi quædam contra Judicem exſurgunt ſuſpiciones, quas evadere cu-
24. pit, Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. loc.* vel etiam partis alterius odium, vel in-
25. vidiam evitare conatur, Rennemann. *dict. num. 25. Lit. e.* Quod relictum
arbitrio Judicis, Partibus etiam invitis decernitur, Mev. *ad Jus Lubecenſ.*
26. *præallegat. loc.* Aliàs ſine ratione, multò magis contra eam adhibitum
hoc remedium non leve Gravamen infert, atque præbet partibus cau-
ſam conquerendi, & petendi, ut Judex ipſe Acta legat, cauſam diſcu-
tiat, & judicet, Mev. *ad Jus Lubecenſ. citat. loc. & dict. deciſ. 358. num. 3.* Eſt
27. enim iſtud ob impendia, quæ requirit, oneroſum, ob moras, & amba-
ges, quibus litis definitio protrahitur, moleſtum, nec ob ea, quæ ſæ-
pius ex Statutis, & moribus locorum ſingularibus in lites incidunt, &
præprimis attendi merentur extraneis verò ignota ſunt, ſine exorbitan-
tiæ periculo, Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. loc. & dict. deciſ. 358. num. 3.* Ut verò
28. talia evitare Judicem decet: Ita ſi cauſam dat hisce inconvenientibus,
29. haud iniquè, officii neglecti arguitur, Mev. *dict. deciſ. 358. num. 3.* Supe-
rioris verò eſt, ab ejusmodi Gravaminibus litigantes liberare, & abuſum
30. coërcere, Mev. *dict. deciſ. 358. num. 4.* nec dubitatum, cùm tali rationa-
bili cauſa non attentâ Judex inſtitiſſet, à Decreto Tranſmiſſionis appel-
lari, & ut ipſe Judex pronunciet, impetrari poſſe. Maximum enim ea
31. res præjudicium parit, Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. loc.* vel etiam ad inſtan-
tiam Partium, ſive utriusque, vel unius Judex Acta tranſmittit, Renne-
mann. *dict. num. 25. Lit. g.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 82.* Par-
32. tibus vacat rogare Tranſmiſſionem Actorum ad Collegium JCtorum,
33. Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. loc. & part. 3. deciſ. 40. num. 1.* & ſolent petere, ut
Acta tranſmittantur an eine ohnverdächtige Juriſten-Facultät / Stypmann.
de Referendar. dict. cap. 7. num. 83. [Sumptibus utriusque Partis petentis,
Temmen *de Litium Expenſis, cap. 4. num. 38.*]

34. Vicem habet id petitum Recuſationis Judicis, velut ſuſpecti, ideo-
que iſti eò facilius relinquendus erit locus. At eidem conſequens eſt,
ut petatur cum allegatione probabilis cauſæ, ſine quâ peti & impetrari
ex more potius pravo, quàm ex ratione, & pro dignitate Judicii, vel
authoritate Judicum ſolet, Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. loc.*

35. Q. Si Litigantes velint tranſmitti Acta ad Facultatem Juridicam,
an Judex poſſit reſiſtere, & ipſe, ſi velit, Sententiam ferre? Quamvis
regulariter Judex non cogatur invitus Acta coram ſe à Litigantibus pro-
ducta ad Sententiam deſuper concipiendam tranſmittere, ſed poſſit pro
poteſta-

poteſtate à Jure ſibi datâ, juxta ſuum, cum Aſſeſſoribus ſuis, ſi quos
habuerit, captum ipſemet, vel invitis Partibus Judicialem concipere,
& conceptam ferre Sententiam, Schrader. *dict. ſection. 14. num. 57.* Renne-
mann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 4. num. 4. 5. & 6.* Berlich. *part. 1. concluſ.*
59. num. 12. Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 66. num. 11.* Bar-
thol. Leonhard. Suendendörffer. *in Obſervat. ad Gothofred. Fibig. Proceſſ. Jur.*
part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 17. pag. 280. regul. 1. Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 27.*
num. 139. ubi addit, hoc præſertim obtinere in iis, qui Juris ſunt periti; 36.
attamen Judex etiam invitus ad tranſmittendum Acta ſe comparare de-
bet, ſi eſt imperitus, Schrader. *dict. ſection. 14. num. 66.* Rennemann. *dict.*
cap. 4. num. 16. & 20. aut ubi Tranſmiſſio introducta Moribus, Pactis, Pri- 37.
vilegio, & Conſuetudine, Anton. Perez. *in Prælection. ad Cod. tit. de Sentent.*
& Interlocut. num. 10. uti hodie in Germania, Rennemann. *de Tranſmiſſion.*
Actor. dict. cap. 4. num. 7. Lit. a. & cap. 11. num. 11. Stypmann. *de Referendar.*
dict. cap. 7. num. 233.

Quod tamen in Camera, & aliis Judiciis, ubi Judices ſunt Juris 38.
gnari, non obſervari ſcribit Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 27. num. 140.* vel Sta-
tuto, Rennemann. & Stypmann. *dict. loc.* aut Conſtitutione, ceu in Cri- 39.
minalibus, mandatur *in Ordinatione Caroli V. artic. 105. & artic. fin.* Stypmann.
de Referendar. dict. cap. 7. num. 287. Suendendörffer. *ad Fibig. Proceſſ. Jur. dict.*
loc. aut cauta præſcripto illius, cujus authoritate Judicium conſtitutum 40.
eſt, Rennemann. *dict. cap. 4. num. 7.* quando ſcilicet à ſuperiore cauſa ita 41.
delegata fuit, ut in ea petatur Juris informatio, Suendendörffer. *dict. loc.*
Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 60. num. 11.* vel Pacto, Ren-
nemann. *dict. cap. 4. num. 7.* Perez. *dict. num. 14.* Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit.*
27. num. 14. vel alia juſta cauſa ſubeſt, Schrader. *dict. ſection. 14. num. 74. & 75.* 42.
ubi ſuperaddit, quòd, licet Judex invitus regulariter ad Tranſmiſſionem 43.
Actorum non teneatur, tamen ipſe melius atque honeſtius faciat, ſi
petitioni Partium id poſtulantium locum det, Rennemann. *dict. cap. 4.*
num. 7. Lit. e. & cap. 11. num. 11. & 18. nam ſi recuſaverit Tranſmiſſionem, 44.
malè & inhoneſtè, vel turpiter quid egiſſe, ſcribit Rennemann. *dict. loc.*
atque ſuſpectum ſe facere, tradit Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num.*
232. & ſeqq. Imò fas non eſſe Judici Tranſmiſſionem denegare, & re- 45.
jectionem petiti iniquam ſtatuit, Mev. *part. 3. deciſ. 40. num. 1.* niſi ex tali 46.
cauſa, ex qua ipſiusmet pronunciatio neceſſaria eſt, Mev. *ad Jus Lube-*
cenſ. dict. loc.

Illa adeò extenduntur, ut à negata Actorum ad Collegium JCto- 47.
rum Tranſmiſſione tanquam Gravamine cum aliis innexis ſufficiente
appellari poſſit, Rennemann. *dict. cap. 4. num. 8.* Sententiam ante Con- 48.
N 2 ſilium

ſilium Sapientis, ſi id petitum ſit, & cauſa dubia fuerit, latam, ipſe Jure
nullam, & juſtum Gravamen appellandi eſſe, tradit Adrian. Gylmann.
*in Deciſionibus ſeu Præjudic. Dubior. ſive Quæſtion. aliquot in Jure Controverſar. tam
circa Proceſſum, quàm cauſas ipſas occurrentium, in magno Auditorio Cameræ Imperialis, Lit. S. in verb. Sententia. pag. 312.* [Meichſner. *tom. 3. deciſ. 20. num. 32.*] At-
49. que teſtatur ita Citationem, Inhibitionem, & Compulſoriales à Camera
decretas in Cauſa Weißberg contra Aberfeldt / 12. Junii Anno 1582.
Symphorem. Supplicat. Cam. Imperial. cum Vot. tom. 3. ſub fin. vid tamen & Mev.
50. *part. 4. deciſ. 335.* ubi ſcribit: quòd, ſi neglectâ petitione pro Transmiſ-
ſione Actorum, Judex ferat Sententiam, tunc demum appellare poſſit
Pars illa, ſi in cæteris per Sententiam læſa fuerit, quem ſequitur Brun-
nemann. *Proceſſ. Civil. cap. 27. num. 5. in fin.* [conf. Gundling. *diſputat. de Tranſ-
miſſione Actor. cap. 2. §. ult.* Harpprecht. *conſil. 4. num. 149.*]

51. Privati quoque, qui pro ſua informatione ſcire cupiunt, quid Ju-
ris, Conſilia Sapientum rogare poſſunt, Stypmann. *de Referendar. dict.
cap. 7. num. 79.*

52. Acta tranſmittuntur ad Collegia Publica JCtorum, Jurispruden-
tum, ſive Jurisperitorum, Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. cap. 2. num. 2.*
& *cap. 6. num. 4. Lit. a.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 42. 43. & 44.*
53. poſt Leg. XII. Tabular. latas, quia breves erant, & obſcuræ, neceſſaria
fuit diſputatio Fori, ut videlicet JCti Leges illas diſputando explicarent,
& per interpretationem hoc modo Jura quaſi conderent, dum reſpon-
debant Conſulentibus, *l. 2. §. 4. & 5. ff. de orig. jur.* Bachov. *ad §. 8. Inſtitut.
de Jur. Natur. Gent. & Civil. num. 1.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num.
46. & 47.* Eckolt. *in Compendiar. Pandectar. Tractation. tit. de origine juris. §. 6.*

54. Primò autem interpretandi Jura poteſtas fuit apud Pontificum
Collegium, *l. 2. ff. de orig. Jur.* Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. cap. 1.*
55. *num. 3. Lit. b.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 48.* Deinde devenit
ad eos, qui fiduciam Studiorum habentes, Conſulentibus reſponde-
bant, non tamen ſignata dabant Reſponſa, ſed plerumque Judicibus
ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui ipſos conſulebant, *l. 2. §. 48. ff. de
orig. jur.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 49. & 50.*

56. Primus Div. Auguſtus, ut major Juris authoritas eſſet, conſtituit,
ut ex ſua authoritate hoc quaſi beneficium impetrarent, Bachov. *ad dict.
§. 8. Inſtitut.* Rennemann. *dict. cap. 1. num. 3. Lit. e.* Stypmann. *dict. cap. 7.*
57. *num. 51.* Eckolt. *dict. §. 6.* Quod & Tiberius obſervavit Maſſurio Sabino
poteſtatem faciens, & Hadrianus, eum præſtari debere illi, qui fiduciam
ingenii haberet, dixit, *dict. l. 2. §. 48. ff. de orig. jur.* Stypmann. *dict. cap. 7.*
58. *num. 52.* Et horum Prudentum Reſponſa tantam habuerunt authori-
tatem,

tatem, ut Judici ab iis recedere non liceret, *§. 8. Inſtitut. de Jur. Natur.
Gent. & Civil. l. 1. §. 9. Cod. de vet. Jur. enucl.* Bachov. *ad dict. §. 8. Inſtitut.* Myn-
ſing. *in Inſtitut. ad eundem §. 8.* Rennemann. *dict. cap. 1. num. 3. Lit. f.* Styp-
mann. *dict. cap. 7. num. 53. & ſeqq.* Hoc duravit uſque ad tempora Juſti- 59.
niani, qui, cum Imperio ubique præſens eſſe non poſſet, ne quis ambi-
tione Aulicâ quid acquireret, ordini conceſſit, ut Examen ſubirent, &
demum probati, facultatem reſpondendi de jure acciperent, *l. 2. l. 7. &
l. 10. Cod. de Profeſſoribus.* indigni rejicerentur, *l. 2 Cod. eod. l. 6. §. 6. ff. de Ex-
cuſat. Tutor.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 55. 56. & 57.* Ne igitur hinc inde 60.
multi obreperent, tandem Solennis Doctorum Creatio cœpit, Franzk.
in Commentar. ad Pandect. tit. de origine juris. num. 85. circa Annum Chriſti
1105. tempore Imperatoris Lotharii, Rennemann. *dict. cap. 1. num. 4. Lit. c.*
ut non eſſent tales, niſi à ſuis ſimilibus tentari, Stypmann. *dict. cap. 7.
num. 58.*

Inde pedetentim Collegia Juridica, & Facultates cœperunt ita di- 61.
cta, quod plures authoritate publicâ ſe conſociarent, & facultatem de
Jure reſpondendi haberent, Finckelthauſ. *in tractat. de Colleg. Jurid.* Styp-
mann. *dict. cap. 7. num. 59.* Non alii hodie in Academiis ad Facultatis Ju- 62.
ridicæ Collegium, quàm Doctores in utroque Jure promoti ſolent re-
cipi, Rennemann. *dict. cap. 1. num. 4. Lit. b.* Cùm igitur publicâ authori- 63.
tate Doctores creentur, & hoc ſit de majoribus Regalibus, non poteſt
aliter de ipſis Collegiis dici, Sixtin. *de Regalibus lib. 1. cap. 2. num. 27.* Styp-
mann. *dict. cap. 7. num. 60.* Quær. Quot Perſonæ in Collegio eſſe debeant? 64.
℞. Hoc non eſſe certum, modò enim plures, modò pauciores ſunt,
Rennemann. *dict. cap. 1. num. 3. Lit. c.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 61.*

Sed indubium ad minimum tres ad talis Collegii Societatem con- 65.
ſtituendam requiri, *l. 85. ff. de verbor. ſignificat.* Rennemann. *dict. cap. 1. num.
3. lit. b.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 62.* quanquam ſi caſus contingat, ut 66.
tale Collegium ad unum deveniat, poſſit ab eo conſervari, *l. 7. §. fin.
§. Quod cujusque univerſitat. nom. &c.* ita, ut ab uno Conſultore Sententia
lata valeat, Berlich. *part. 1. dict. concluſ. 59. num. 10.* & Carpzov. *in Jurisprud.
Forenſ. part. 1. conſtitut. 26. definit. 3. num. 3.* Utilius tamen eſt, & tutius eve- 67.
niente tali caſu, ut alium reſiduus ſibi adſciſcat, cum quo ſuper caſu
obveniente, ne poſtea retrò unius hominis Reſponſa ebuccinentur,
communicet, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 65. & 66.* Hi Jurisprudentes, 68.
cùm ſint hâc authoritate publicâ circumvallati, ad dandum Reſponſa
legitimè, ſive conſulti, ſive interrogati, ſeſe obligatos, & ſine recuſa-
tione paratos præſtare debent, niſi hanc ſuadeat juſta ſuſpicionis cauſa,
Rennemann. *dict. cap. 2. num. 7.* quæ ſcilicet concernat omnes de Collegio,

vel

vel majorem ipſius partem, vel etiam unicum tantùm, illius verò au-
thoritatis, ut ipſi contradicere non auſint reliqui, Zanger. *de Exception.*
69. *part. 2. cap. 4. num. 17.* Rennemann. *dict. num. 7. lit. a.* Si enim Suſpicio non
tangat omnes, ſed unum non ita magnæ authoritatis; vel plures, modò
non majorem partem, reliqui, illis excluſis, nihilòminus ſine macula
ſuſpicionis reſpondere poſſunt; cùm propter unum atque alterum ſuſpe-
ctum, non poſſit totum recuſari Collegium, Rennemann. *dict. loc.* Si
70. verò cauſa Suſpicionis ex æquo ſit omnibus, vel ſaltem majori parti
communis; quamvis & hoc caſu Viri boni ſuis affectibus frenos injicere
poſſint, & debeant, ut ſine amoris, vel odii, ſpei vel metus perſuaſio-
nibus mente non motâ judicare queant; quia tamen difficillimum hoc
eſt, & humanitus, ut fiat, vix credibile: quia item Suſpicionis hæc tela
tenacius inhærent illorum, quorum intereſt, animis, evelli difficulter
poſſunt, & Virum bonum decet, non tantùm à delicto, ſed etiam à
delicti Suſpicione vel minimâ, ſi fieri poteſt humanitus, immunem eſſe:
idcircò rectius ſibi conſultum ibunt illi Prudentes, qui manus & ſenſus
ab hisce cauſis ſibi magnam Suſpicionem ingerentibus, ne Reſponſa
71. dent, abſtinebunt, Rennemann. *dict. loc.* Excipi à Litigantibus quoque
poteſt contra Collegium ſuſpectum, de quali exceptione vid. Renne-
mann. *cap. 6. num. 5. lit. b. & num. 6. & paulò inferius hîc.*

72. Præter Facultates ſunt & Scabinatus in Germania, de quibus vid.
Chilian. König. *in Proceſſ. Judiciar. cap. 23.* & Rennemann. *dict. cap. 2. num. 5.*
ſed horum non ubique eadem viget authoritas, Stypmann. *dict. cap. 7.*
73. *num. 78.* Quoniam facultas, & authoritas de Jure reſpondendi, quam
Collegia JCtorum habent, à Majeſtate, nempe Summo Principe, vel
etiam ab illo, qui Jus hoc Summi Principis conniventiâ, vel potius ne-
74. gligentiâ quandoque obtinuit, dependet, ideò privatis JCtis, etſi Gra-
duum Docturæ Inſignibus clareſcant, hæc facultas & authoritas dandi
Solennia Reſponſa quibusdam nulla competere videtur, Rennemann.
75. *dict. cap. 2. num. 6.* conf. *infr. num. 222.* Quamvis in Conſilio vel vulgari Re-
ſponſo petendo, cuivis ſit licitum pro arbitratu Transmiſſionem deſti-
nare ad privatum unum vel plures, Rennemann. *cap. 6. num. 4. lit. a.* In
76. Weſtphalia quidem JCti privatim rogantur, teſte Stypmanno *dict. cap. 7.*
77. *num. 78.* ſed hodie rarò unius ſolius Sententiæ ſtatur, Stypmann. *dict.*
num. 78.

78. Res, de quibus Reſponſa impetrari darique ſolent, poſſunt eſſe
quælibet; quæ in controverſia coram Judice inter Actorem & Reum
verſantur: ſive magni, ſive parvi, & levis momenti, Schrader. *de Feud.*
79. *part. 10. dict. ſect. 14. num. 60.* Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. cap. 3.* ſive in
Judi-

Judicio tractentur ordinario, ſive ſummario, Schrader. *dict. ſection. 14.*
num. 9. Rennemann. *dict. cap. 3. num. 2.* ſive in primâ, ſecundâ, vel tertiâ 80.
& poſtremâ Inſtantiâ diſceptentur, Rennemann. *dict. cap. 3. num. 3.* ſive 81.
Civiles, ſive Criminales, Caroli V. *in Ordinat. Criminal. tit. 7. artic. 28. 31.*
91. 105. 131. 133. 146. 147. 151. 153. 160. 161. 205. Rennemann. *dict. cap. 3. num. 4.*
Joh. Balthaſ. Manſon. *in Decad. Notabilium Practicor. notabili 8. num. 13. & ſeqq.*
vel etiam Feudales, Schrader. *dict. loc. num. 6. & 7.* Rennemann. *dict. cap.* 82.
3. num. 5. & aliæ quæque in Judicium deductæ, Rennemann. *dict. num. 5.* 83.
exceptis illis, quæ in Artificum peritorum experientiâ, credulitate & opi- 84.
nione verſantur, Rennemann *dict. num. 5. lit. b.* maximè ſi Sententiam 85.
tractent definitivam, imò etiam ſi Interlocutoriam, etſi magni non ſit
momenti, Schrader. *ibid. num. 10.* Rennemann. *cap. 2. num. 11. lit. c.* & *dict.*
cap. 3. num. 6.

Limitatur vulgò, & fallere putant, in caſibus, ubi litigatur 86.
de re planâ, clarâ, liquidâ, manifeſtâ, & indubitatâ, Schrader. *dict. ſe-*
ction. 14. num. 52. Rennemann. *dict. cap. 3. num. 7.* & hoc quidem non ſine
cauſa, quia ſupervacuus labor, & ſumptus eſt in rem quæſtione vacuam
inutiliter profuſus. Ubi Sententia Judicis deſideratur, ibi oportet ſubeſſe
quæſtionem ſive in Jure, ſive in Facto dubitabilem, vel controverſam.
Quæ dubitatio ſi nuſquam eſt & nunquam, quæſtio nec eſt, nec eſſe
poteſt, & per conſequens nihil eſt, quod tranſmitti poſſit, Rennemann.
dict. loc. Sed hæc limitatio eſt admodum infirma; cùm huic, vel illi vi-
deantur, & dicantur clara, quæ alii apparent obſcura, adeò, ut hoc
ipſum, quod in ſe eſt clarum, ſæpè in controverſiam veniat; maximè
ſi res ſit cum Judice, vel litigantibus imperitis; idcircò, niſi de hoc in-
ter Partes & Judicem conveniat, tranſmittenda & hîc fuerint acta,
etiamſi ſatis clara viſa, Rennemann. *dict. cap. 3. num. 8.*

Limitatur quoque in quæſtione Facti, poſt Bald. Schrader. *dict.* 87.
ſection. 14. num. 55. eò quod ſola Juris quæſtio ad Tranſmiſſionem, viſa
ſit idonea, per *l. 79. §. 1. verb. Judicibus de Jure dubitantibus Præſides reſpondere*
ſolent. ff. de judiciis. ſed malè: cùm pleraque ſuper factis ſuboriantur, &
quidem longæ, graviſſimæque controverſiæ, quæ æquè cum illis per
Sententiam Prudentum ſunt determinandæ, Rennemann. *dict. cap. 3.*
num. 9. Neque contrarium probatur per *dict. l. 79. §. 1.* quia illa Lex lo-
quitur de Judice, qui de Jure dubitans Partibus non requiſitis pro ſua
informatione tantùm Magiſtratum majorem, qualis eſt Præſes, per
Relationem conſulit, à qua Relatione Tranſmiſſio Actorum, de
qua hîc agitur, plurimum differt, Rennemann. *dict. cap. 3. num. 9.*
lit. b.

Acta

88. Acta integra, ſi Reſponſum perfectum eſſe debeat, tranſmittenda
ſunt, Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 213.* Brunnemann. *ad l. ſi
quando ratio. ult. Cod. de Relationibus.* Suendendörffer. *in Obſervat. ad Fibig. Pro-
ceſſ. Jur. dict.* §. *17. regul. 3.* oportet enim, ut robur inſit informationi, de
iis quæ vera ſunt, nihil omiſſum, non item falſa eſſe, Stypmann. *dict.*
89. *cap. 7. num. 214.* Aliàs veluti interrogabitis, ita quoque Reſponſum habe-
90. bitis, Pruckmann. *volum. 2. conſil. 18. num. 15.* Sententia ex Actis, & ſuper
Actis, quæ non ſunt integra, & plena, non poteſt ferri juſta, Renne-
91. mann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 5. num. 3. lit. a.* unde & ad Tranſmiſ-
ſionem procedi non poteſt, niſi poſt factam concluſionem, Renne-
mann. *dict. loc.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 80.* Fibig. *Proceſſ. Jur.
part. 1. cap. 2. membr. 3.* §. *17.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap.
66. num. 10.*

92. Si verò concluſum ab utraque parte, vel partium alterutrâ tergi-
verſante, Judex ex officio concludat, Interlocutoriâ de Actis tranſmit-
tendis opus eſt nullâ, ſed ſtatim Tranſmiſſioni locus eſt, non ſolùm in
Sententia Definitiva, ſed & Interlocutoriâ, modò ad hanc concluſum
93. fuerit, Rennemann. *loc. præcitat.* Ut verò hæc Tranſmiſſio ritè procedat,
ſolet præcedere Actorum Inrotulatio, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 84.*

94. Rotulatio, ſeu Inrotulatio eſt quidem vox barbara & Latinitati
ignota, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 86.* Rennemann. *dict. cap. 5. num. 4. lit. a.*
95. ſed tamen à latino Rota, (à quo Rotula, hoc eſt parva Rota) non
96. ineptè derivata. Unde ab Advocatis nomen *Rotulus*, eſt confictum, quo
denotantur chartæ in figuram cylindri oblongam, & teretem compli-
catæ: Germanicè die Rolle; quo nomine Acta Judicii hunc in modum,
quem ſæpius Actuarii obſervant, convoluta, vel etiam aliter compacta,
Rotuli ſolent vocari. Exinde finxerunt verbum rotulare, & inrotulare,
hoc eſt, Acta omnia, in cauſa hac, quæ tranſmitti debet ad Sententiam,
Producta aptè convolvere, vel aliter in unum Volumen compingere.
A quo Rotulatio, vel Inrotulatio deſcendit: Wann die Acta ſollen rotu-
liret werden; Rennemann. *dict. loc.*

97. Rotulatio, aut Inrotulatio nihil aliud eſt, quàm eorum, quæ ab
utraque parte in Judicio fuere propoſita, præſentibus Partibus ad hoc
ſpecialiter citatis in ordinem facta collectio, & collectorum obſignatio,
98. Fibig. *Proceſſ. Jur. dict.* §. *17. part. 1. cap. 2. membr. 3.* vel eſt Actorum, in Judi-
cio à litigantibus pro ſuæ cauſæ commodo productorum & diligenter
collectorum, ad curioſè perluſtrandum exhibitio publicè facta, Renne-
99. mann. *dict. cap. 5. num. 4.* Hic Actus Conſuetudine magis, & Uſu Forenſi,
quàm Jure ſcripto introductus fuit, Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 28. theſ. 21.*
Styp-

Stypmann. *dict. cap. 7. num. 85.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1.
cap. 66. num. 10.* [Wedderkopff *in Diſſertat. ſelect. 1. cap. 3.*]

Ut verò Inrotulatio ritè fiat, à Judice Partes ad eam, & ſubſequen- 100.
tem Tranſmiſſionem neceſſariò citandæ ſunt, Berlich. *part. 1. concluſ. 59.
num. 13. 14. & 19.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 87.* Rennemann. *de Tranſmiſſion.
Actor. dict. cap. 5. num. 2. & 3. lit. a.* Joh. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1.
dict. cap. 66. num. 12.*

Tum, ut conſpiciant, num Acta tranſmittenda integra & perfecta 101.
ſint, & ne illis quid addatur, quod non eſt de Actis, Berlich. *dict. concluſ.
59. num. 17.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 88.* Joh. Georg. Nicolai *dict. num. 12.*
Brunnemann. *ad l. ſi quando ratio. ult. Cod. de Relationibus.* tum, ut unusquis- 102.
que Litigantium excipere, & Judici indicare poſſit, An, & quodnam
Collegium Juridicum ſuſpectum habeat? Berlich. *dict. concluſ. 59. num. 15.*
Stypmann. *dict. cap. 7. num. 89.* Joh. Georg. Nicolai *dict. loc.* atque notum
faciat, quorum Sapientum conſilio & operâ fortè in ea cauſa uſus fue-
rit: Bey welchem Schöpffen-Stuhl / *Juriſten-Facul*tät / oder anderem Ge-
richt / ein- oder der ander *Part* ſich habe *informi*ren / und des Rechtens beleh-
ren laſſen; quò Judex illud Collegium tanquam ſuſpectum recuſare
poſſit, Berlich. *dict. concluſ. 59. num. 60.* Stypmann. & Nicolai *dictis locis.*

Citatio iſta eſt, quâ Judex, cùm in cauſa concluſum, Partibus liti- 103.
gantibus certum diem præfigit, ut coram ſe compareant, & ad Acto-
rum Inrotulationem, & Tranſmiſſionem inſtruendam, quæ ſui fuerint
officii, faciant, Rennemann. *dict. cap. 5. num. 3.* ſive ut compareant ad
videndum Acta collationari, legitimè inrotulari, & obſignari, Nicolai
dict. cap. 66. num. 12. Partibus citatis præfixo die venientibus & comparen- 104.
tibus in Judicio, ad Rotulationis Actum proceditur, Rennemann. *dict.
cap. 5. num. 4.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 90.* & ab Actuario Judicii Acta 105.
ex ſcriniis proferuntur ad unum omnia, prout ſunt ordine temporis &
Partium obſervato utrinque producta, ut non tantùm oculis Partium,
& eorum, qui his Conſilio adſtant, perluſtrari, ſed etiam manibus com-
prehendi queant, Schrader. *dict. ſection. 14. num. 31.* Rennemann. *dict. cap. 5.
num. 4. lit. b. c. & d.*

A Partibus verò, eorumque Procuratoribus Acta Judicialia cum 106.
Actis Manualibus, quæ domi in ea cauſa fortè collecta habent, & ſe-
cum apportare ſolent, conferuntur, & ſi quæ deſunt, ſupplentur, Ren-
nemann. *dict. cap. 5. num. 5.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 27. num. 8.* item- 107.
que proſpicitur, tum ne quid vel antè irrepſerit chartæ, vel jam in-
ſinuatum ab alterutra parte, vel aliunde clanculum inſertum ſit, quod
altera non viderit, multò minus refutarit; tum ne parti cuiquam, vel
O cuivis

cuivis alii, poſt concluſionem, vel in ipſo Rotulationis Actu quidquam
108. produxiſſe liceat, Rennemann. *dict. cap. 5. num. 5.* Viſis & lectis Actis,
iisque inventis plenis, à Protonotario, vel Actuario Numeris diſtin-
109. guuntur, quod Quotiren vocatur, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 90.* Proto-
110. colla Judicialia adduntur, Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. loc.* & deinde
111. filo circumligantur, Stypmann. *dict. loc.* atque conſignantur, ne iis ali-
quid dematur, vel addatur heterogeneum, Schrader. *dict. ſection. 14. num. 31.*
Brunnemann. *dict. loc.*

Quamvis Rotulo confecto, nihil amplius deſiderari ſoleat; quia
tamen plena rimarum & ſuſpicionum ſunt omnia, & ſæpè quiſpiam vel
à Judice, vel ab iſtius Actuario ſibi metuit, ſi illos fortè habeat infeſtos,
ne Partibus abſentibus, antequam Rotulus abſportetur, aliquid vel ex
112. illo ſubtrahatur, vel illi inſinuetur clanculum; Optimâ ratione & hoc
ſervari ſolet, ut ſtatim Rotulus in Partium præſentia obſignetur, David
113. Döring. *in Bibliothec. JCtor. dict. verb. Acta Judicii, num. 67.* non tantùm Ju-
dicis, ſed etiam Partium Sigillis, Rennemann. *dict. cap. 5. num. 6.* Nam
licet hoc Judices, vel Actuarii moroſi ſic interpretari ſoleant, quaſi Par-
tes, ipſos de falſi crimine ſuſpectos habeant; Quisquis tamen eſt inter
hos Vir bonus, & omnem à ſe movere vult ſuſpicionem, is hoc non
tantùm ægrè non fert, ſed ultrò partibus obſignandi facultatem offert,
Rennemann. *dict. cap. 5. num. 6. lit. a.*

114. Cæterum ſi Partium utraque, vel alterutra citatæ, ſe, quod com-
parere ſibi non liceat, vel non libeat, excuſent, & Judicis fidei Rotula-
tionem ita committant: Sie wollen in den Richter/ und ſeine Diener
kein Mißtrauen ſetzen / ſie möchten mit der Verſchickung rechtmäßiger
Weiſe verfahren ꝛc. illa rectè cum requiſitis ſuis omnibus, ipſis abſenti-
115. bus expediri poteſt, & debet, Rennemann. *dict. cap. 5. num. 7.* Imò ſi am-
bo, vel alteruter Litigatorum contumaciter abfuerint, & non compa-
ruerint, nihilominùs in contumaciam Inrotulationis Actus procedit, &
perficitur, Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 90.* Joh. Georg. Nicolai
Proceſſ. Judiciar. dict. cap. 66. num. 12.

116. Rotulo confecto nihil ad Acta admittitur, præter Conſilia & In-
formationes Juris, quas legere Judex obſtrictus non eſt, Stypmann.
117. *dict. cap. 7. num. 92.* vid. tamen Rennemann. *dict. cap. 5. num. 5. lit. c.* Si Par-
tes aliquid deducere, Mandata Procuratoria offerre, vel aliàs Proceſſus
118. ſupplere velint, talia rejiciuntur, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 93.* vel, ſi
contingat admitti, cum clauſula: *Quantum de Jure &c.* So weit Rechtens/
119. extrinſecus Actis alligantur, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 94.* Poſt abſolu-
tam Inrotulationem Partes excipiunt contra hoc, vel illud Collegium,
utpo-

utpote partiale, vel ſuſpectum, Rennemann. *cap. 6. num. 5.* Stypmann.
dict. cap. 7. num. 90. Suendendörffer. *in Obſervat. ad Fibig. Proceſſ. Jur. dict. §. 17.*
Collegia enim non partialia requirit Imperator Maximilianus II. *in Con-* 120.
ſtitutione edita Anno 1570. in Comitiis Spirenſibus. §. Was in Unſer Cammer-
Gerichts-Ordnung ꝛc. *8). verſ.* Auf eine unpartheyiſche *Univerſität* ꝛc. debent 121.
autem Litigantes iſto Jure non abuti, Mev. *part. 8. deciſ. 221. num. 3.* Et 122.
non nimii eſſe in excipiendo, & hâc ratione Adverſario immodicos
Sumptus cauſari, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 91.* Solent ſæpè Partes, con- 123.
tra unum vel alterum Collegium excipere, ſed ex manibus & futilibus
cauſis, vel rationibus, ut tantùm eò longius Acta mittantur, & ſeriùs
Sententia pronuncietur: utiliter igitur conſtitueretur, ut non attende-
retur talis Proteſtatio, niſi pars recuſans, rationes, vel cauſas alleget
evidentes, cur illud Collegium ſibi ſit ſuſpectum, cùm malitioſa, & ca-
lumnioſa recuſatio ſit contemnenda, Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap.
27. num. 6.* Suſpicionis cauſæ poſſunt eſſe multiplices: aliæ graviores,
aliæ leviores. Poteſt enim argui Collegium ut ſuſpectum, in quo Ju- 124.
dex, vel Pars adverſa, vel ipſius Advocatus habet Cognatum, vel Affi-
nem familiarem, vel pars ipſa inimicum ſibi unum, vel plures: Poteſt
etiam argui ſuſpectum parti Collegium, quod fovet opinionem ſuæ
cauſæ contrariam, vel adverſæ amicam, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 6.
lit. a.* Illud Collegium, quod uni litigantium parti Conſilium ſuppedi- 125.
tavit, meritò ſuſpectum eſt alteri parti, Marant. *in Specul. Aur. part. 6. tit.
de Appellation. num. 52.* Schrader. *de Feud. dict. ſection. 14. num. 20.* Renneman.
dict. cap. 6. num. 8. Atque ideò à Judice etiam non rogato, ex officio 126.
rectè jubentur Partes, ante Tranſmiſſionem ſignificare, quorum Colle-
giorum, vel Sapientum Conſilio, & operâ quis uſus ſit in illa cauſa, ut
Judex eos præterire poſſit, Schrader. *dict. num. 20.* Rennemann. *dict. cap. 6.
num. 8.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 7.*

Hæc adeò procedunt, ut ſuam conſcientiam, quod à nullo Col- 127.
legio ſit illâ in causâ informata, excuſpare pars teneatur, ſi præſumptio-
nibus, conjecturis, vel indiciis quibusdam, ſive à Judice, ſive alterâ
parte conceptis, prægravata fuerit, poſt Schrader. *dict. num. 20.* Renne-
mann. *dict. cap. 6. num. 8. lit. d.* Quando nullum Collegium redarguitur 128.
ſuſpectum, ſed Judicis arbitrio ſelectio committitur omnimodò, Judex,
quò vult, Acta tranſmittere poteſt, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 11.*

Idem obtinet, quando contra quædam excipitur, liberâ poteſtate 129.
Judici relictâ quoad reliqua non ſuſpecta, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 90.*
ubi obſervandum, ad Proceſſum citius finiendum facere, ſi Acta ad 130.
proximum Collegium non ſuſpectum, cui Jura & Statuta Provincialia

nota,

nota, mitterentur: nam ita & temporis, & ſumptuum haberetur ratio,
131. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 6.* Partes non debent ſcire,
ad quod Collegium Tranſmiſſio fiat, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 11. lit. b.*
132. Suendendörffer. *ad Fibig. Proceſſ. Jur. dict. §. 17. pag. 280.* niſi utraque pars
in Collegium certum compromiſerit, Suendendörffer. *ad Fibig. dict. loc.*
133. His peractis ſcribitur Epiſtola, vulgò die Urtheils-Frage/ ad Col-
legium, à quo Reſponſum petitur, tranſmittenda, Stypmann *dict. cap. 7.*
134. *num. 95.* Rennemann. *dict. cap. 6. num. 15.* quæ breviter commemorat; Quòd
Acta ad Collegium tranſmittantur, & inter quas Partes producta, vel
actitata ſint, rogans, ut deſuper Sententia, quæ ſit Juri, & Actis con-
formis, primo quoque tempore, pro decenti Honorario concipiatur,
per Nuncium remittenda, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 17.* Formula talis
135. eſſe poteſt: Wir thun euch beyverwahrt etliche für uns zwiſchen *A.* und *B.*
ergangene *Acta* überſenden/ bittende dieſelbe fleißig durchzuleſen/ eines de-
nen Rechten und *Acten* gemäß verfaßten Urtheils darüber euch zu ver-
gleichen/ und uns ſolches beneben den *Acten* verſchloſſen anhero wieder ge-
gen die Gebühr zurück zu ſenden; Rennemann. *dict. num. 17. lit. a. & b.*
ubi ſcribit, hanc Formulam eſſe omnium ferè frequentiſſimam, tutiſſi-
mam, nulliſque fraudibus obnoxiam: vel plenius, & quidem quando
Judex ex officio, vel motu proprio tranſmittit, hunc ferè in modum
136. concipitur: *Tit.* Beykommende *Acta* in Sachen *A. B.* gegen *C. D.* ſeynd
für uns Gerichtlich verhandelt worden: Dieweil wir nun gewiſſer Urſachen
halben Bedencken tragen/ ſelbſten darinnen zu ſprechen; Als erſuchen wir
die Herren freundlich/ ſie wollen dieſelbe ohnbeſchwehrt beleſen/ und einer
Rechtlichen Meynung ſich darüber vergleichen: ſo dann uns durch Brin-
gern dieſes berichten/ wann dieſelbe wieder abgeholet/ und was *pro labore
& ſtudio* eingeſchicket werden ſolle: Verbleiben ihnen damit zu Erweiſung
angenehmer ꝛc. willig. *Datum. &c.*

Ubi verò Tranſmiſſio fit ad petitionem, vel inſtantiam unius, vel
137. utriusque partis, Literæ ſequentis poſſunt eſſe Tenoris: Die beygebun-
dene *Acta in cauſa A. B.* gegen *C. D.* ſeynd für uns Gerichtlich ergangen.
Dieweil die Partheyen nun gebetten/ ſelbige an ohnpartheyiſche Rechts-
Gelehrten zur *Deciſion* zu verſchicken; Alſo haben wir ihnen ſolches nicht
verweigern mögen/ und erſuchen die Herren derentwegen freundlich/ Sie
wollen dieſelbe durchleſen/ ſich einer Rechtlichen Meynung darüber ver-
gleichen/ und uns mit Bringern dieſes zu wiſſen machen/ wie bald die *Acta
cum Reſponſo* wieder abgeholet/ und was dagegen *pro ſtudio & labore* einge-
ſchicket werden ſolle: Und wir verbleiben ihnen damit zu Erweiſung ange-
nehmer ꝛc. willig.

Tranſmiſſio Actorum ad peregrinos JCtos pro Sententia ſuper iis 138.
dictandâ ſic fieri debet, ut ſuper controverſiis liberum ipſis relinquatur
judicium, Mev. *part. 3. deciſ. 40. num. 2.* unde fas non eſt, Judicibus illis 139.
præſcribere, quomodo Sententiam dicant, ſed eis incumbit ſecundùm
acta & probata judicare, *l. illicitas exactiones. 6. §. 1. ff. de offic. Præſid.* Mev.
dict. deciſ. 40. num. 3. Sicut illud cum præjudicio alterius partis, & præoc- 140.
cupatione animi conjunctum: ita eſt illicitum, & fini Tranſmiſſionis
contrarium atque ideò nullum, Mev. *dict. deciſ. 40. num. 4.* Non debent 141.
igitur Merita Cauſæ in Literis illis tractari, Brunnemann. *Proceſſ. Civil.
dict. cap. 27. num. 9.* neque Additiones, Gloſſæ, vel Interpretationes iis 142.
inſeri, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 19. lit. b.* Solent tamen & poſſunt Ju- 143.
dices aliquando (exempli gratia, ſi à Partibus aliquid vel loco alieno,
vel nimis abſtrusè, aut modo perplexo, vel breviore, quàm percipi
poſſet, dictum aut ſcriptum fuerit, Rennemann. *dict. loc.*) ex Actis eli-
cere puncta, quæ in controverſiam veniunt, & ea in Literis ad Colle-
gium dandis recenſere, ut Collegium eò minus à vero Controverſiæ
Statu aberrare, nec unum adeò membrum controverſum negligere, &
ita Nullitatem non committere queat, per *l. in hoc judicio. 27. ff. Famil. Er-
ciſcund.* Schrader. *de Feud. part. 10. dict. ſection. 14. num. 34.* Et hæc puncta 144.
Partibus præſentibus elicere non foret inutile, Schrader. *dict. num. 34.*
Brunnemann. *dict. num. 9.* quamvis hoc raró fiat, teſte experientiâ, Schra- 145.
der. & Brunnemann. *dict. loc.*

Rectè ergò litigantes à Judice tranſmiſſuro Acta, ſi ipſum ſuſpe- 146.
ctum habeant, petunt, ut edat Exemplum, ſeu Copiam Literarum,
quas dare vult ad facultatem pro petendâ Sententiâ, quò ſi fortè in iis,
quid præter, vel contra Acta relatum ſit, iis ante Tranſmiſſionem con-
tradicatur, vel Literæ nudè tantùm concipiantur pro Sententiâ petendâ,
Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 95.* Rennemann. *dict. cap. 6. num. 20.*
Henr. Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. tit. de Appellation. & Relation. num. 12.*
Atque Judex tenetur dare dictam Copiam ad requiſitionem unius, vel 147.
alterius litigantis, nec denegare poteſt, aliàs appellatur, Marant. *in Spe-
cul. Aur. part. 6. tit. de Appellation. num. 8. & 9.* Stypmann. *dict. num. 95.* Da-
vid Döring. *in Bibliothec. Jur. Conſultor. dict. verb. Acta Judicii, num. 67.* Ad 148.
hanc ſuſpicionem amovendam Judices, vel Actuarii, qui ſinceri ſunt,
aliàs hâc cautela uti ſolent, ut Exemplum Epiſtolæ mittendæ, calci Vo-
luminis Actorum inſinuent, quò Partes poſt remiſſionem Reſponſi in-
troſpicere queant, quid Collegio ſcriptum fuerit, Rennemann. *dict.
num. 20. lit. b.*

149. Hoc quidem à Jure non eſt alienum, nec inſolitum, ut, quando
ex Statuto, vel Moribus locorum pronunciatio fieri debet, Statuta &
Conſuetudines peregrinis pro informatione notificentur, Mev. *part. 3.*
150. *dict. deciſ. 40. num. 5.* Ejusmodi enim informatio ut rationabilis & neceſ-
151. ſaria, ſic quotidianâ Praxi uſitata eſt, Mev. *ibid.* At in eo, ultra notifi-
cationem ejus quod certum eſt, progredi haud oportet: Si non tan-
tùm Jus, ſed quid inde de controverſia judicari debeat, ſcribatur, ini-
152. quitas exſurget, Mev. *dict. deciſ. 40. num. 6.* Nec in Miſſivis referenda eſt
Conſuetudo Loci controverſa, aut Sententia Statuti dubia, ſed ſi Con-
ſuetudo certa & Statutum indubium: ideoque citra præjudicium partis
153. Miſſiva reparanda eſt, Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 9.* Poſ-
ſunt Acta tranſmitti ad Collegium eâ conditione in Literis expreſsâ, ut
ſi Collegium de cauſa hac, ab una parte conſultum fuerit, illique re-
ſponderit, Acta integra & non aperta ſtatim remittantur, vel, ſi unus
ex Collegio conſultus operam ſuam navaverit uni parti, is à delibera-
tione & voto hâc vice abſtineat, Brunnemann. *dict. cap. 27. num. 7.*

154. Solent aliquando Judices, vel etiam privati Epiſtolas Commenda-
titias, Miſſiven, Bey- und Neben-Schreiben/ Actis addere, Stypmann.
dict. cap. 7. num. 97. de quibus Erneſt. Cothmann. *volum. 3. reſponſ. 5. num. 2.*
155. *7. 14. & 23.* ſcribit, quod nihil ſit periculoſius, Stypmann. *dict. cap. 7.*
num. 98. [conf. *Receſſ. Imper. de Anno 1654.* §. Doch mit dieſem Zuſatz ꝛc. *113.*]
156. Poſſet dici, ſi tantùm Copiam Sententiæ, eine Copey vom Urtheil/ pe-
tant Judices ad Informationem, & eo fine, ut ipſi poſtea Sententiam
ex illa, licitum eſſe, quanquam eo caſu, non opus Acta clauſa remittere,
vel Sententiam à Facultatibus petere, ſed Informationem, Stypmann.
157. *dict. cap. 7. num. 99.* ſi verò Jura Partium ſcire volunt, & ea imminutum
eunt, non poteſt non eſſe ſuſpectum, & optimum, eo caſu denuò Acta
tranſmittere Judicis impenſis, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 100.*

158. Actuarius relegendo Epiſtolam, nomen illius Collegii, cui eſt in-
ſcribenda, ſupprimere, & Epigraphen remotis partibus Epiſtolæ inſcri-
159. bere ſolet, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 22. lit. b.* Non debet Judex Co-
piam nominis Collegii, vel Jurisperitorum, ad quos Acta tranſmittun-
tur ſecretò, dare, ne poſſint ſubornari, vel trahi ad votum alterius par-
tis, Marant. *in Specul. Aur. part. 6. tit. de Appellation. dict. num. 9.*

160. At quando publicè mittuntur, puta voluntate Partium, tunc po-
161. teſt edi nomen Jurisperitorum, Marant. *dict. loc.* Tranſmiſſio utpluri-
mum fit inſciis Partibus ad Collegium aliquod, niſi utraque pars in Col-
162. legium certum promiſerit, Schrader. *de Feud. dict. cap. 27. num. 8.* Poſt hæc
traduntur Acta Tabellario, ut ea ad locum deſtinatum maturè trans-
ferat,

ferat, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 22.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 101.* ubi
tradit, quod Tabellarius, ſicut & Protonotarius aliquando ſpeciali Ju- 163.
ramento ligentur, quod clam velint habere, & nemini ante publicatio-
nem, quo Tabellarius abiverit, aperire: cùm facilè contingere poſſit,
ut aliis Narratis, vel Epiſtolis inducatur durch Nach-Schreiben. Ideoque
interdum obſervatum eſſe, ut locus, ad quem Acta tranſmittenda, tunc
demum, cùm portâ egreſſus Tabellarius, ei fuerit declaratus, teſtatur
Brunnemann. *in Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 9. in fin.*

Tabellario in Mandatis quoque dari ſolet, ut vel expectet iſthoc 164.
in loco, quò ablegatur, donec Reſponſum à Collegio expeditum re-
portet; ſi nimirum Acta non nimis prolixa ſint, ut brevi tempore (quo
caſu ipſi pro mora in ſingulos exſolvenda dies merces, Wart- oder Still-
lager-Geld/ promitti ſolet) expediri poſſint, vel ſi Rotulus Actorum
major fuerit, quàm ut brevibus abſolvi, & perluſtrari queat, ut Colle-
gii Actuarius Tabellarium ad ſuos remittat, Schedâ quapiam (quam
vulgò recepiſſe vocant) Conſulentibus inſcriptâ, in qua de Honorarii
quantitate, & tempore, quo Reſponſum repeti debet, certiores illos fa-
cit, Rennemann. *dict. cap. 6. num. 22. lit. d.*

Cùm Tabellarius in loco deſtinato appulit, Acta offert Decano Fa- 165.
cultatis, qui ea reſignat, & Collegis ſuis ad faciendam ſuper illis Rela-
tionem communicat, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 128.*

Munus referendi verò pro diverſis cujuscunque Collegii Statutis, 166.
vel Moribus deferri ſolet, interdum duobus, uti contra Status fit in Ca-
mera Imperiali, quorum unus Referens, alter verò Correferens voca-
tur, vel etiam pluribus, ſicuti in Collegio Juridico Patavino, teſte Me-
noch. *lib. 2. præſumpt. 71. num. 11.* Ut plurimum verò uni tantum & quidem 167.
juniori non ætate, ſed tempore receptionis ad Collegium, quandoque
etiam reliquis ſingulis ordine ſucceſſivo, Rennemann. *de Tranſmiſſion.*
Actor. cap. 7. num. 5. Ita ut ſecundùm ordinem Collegarum in eo, quod 168.
primò adfertur ſenior referat, quod ſecundò, is qui hunc ſequitur, &
ſic deinceps, Rennemann. *dict. num. 5. lit. g.* Decanus excipitur: hic 169.
enim, cùm habeat Votum concluſivum, non referre, ſed de Relatione
judicare debet, Rennemann. *dict. num. 5. lit. f.* Infr. *Cap. V. num. 58.*

Referens Actorum ſummam, ſecundùm legitimum Referendi Mo- 170.
dum, *de quo latè inferius Cap. V. agitur*, ſuccinctè & breviter Extractum Col-
legis certo tempore in Conſilium vocatis exhibet, & ſuam circa Re-
ſponſum deſuper dandum, utrum ſcilicet Reus ſit condemnandus, an
abſolvendus, & quid faciendum de Expenſis, num victus in has ſit con-
demnandus, an verò eæ compenſandæ, animi ſui ſententiam exprimit,
Renne-

Rennemann. *dict. cap. 7. num. 19.* & Collegarum ſuffragiis vocalibus, &
extemporaneis ita committit, ut ſi conſonent omnia, Referendarii Sen-
tentia in vim Reſponſi tranſeat: ſin diſſonent, id quod major pars con-
cluſerit, obtineat, & ex hoc Actuarius Reſponſum in formam redigat,
Rennemann. *dict. cap. 7. num. 20.* quod vulgò Collegiale vocant: unde &
Conſulentium nata petitio, daß man ſich wolle darüber eines Außſpruchs
collegialiter vergleichen / Rennemann. *dict. num. 20. lit. b.*

171. Quamvis autem iſte modus dandi Reſponſa vulgò receptus ſit,
diſplicet tamen inter alios Menochio *dict. num. 11. præſumpt. 71. lib. 2.* & poſt
hunc Rennemann. *dict. cap. 7. num. 21.*

(1.) Quia periculo non caret, quod inter omnes ferè ſolus Refe-
rendarius Acta tranſmiſſa ita perlegat, ut ipſius Relationi, ac ſi eſſet au-
thentica, fides habeatur, Rennemann. *dict. cap. 7. num. 22.* Quid enim
ſi Referens, vel aliis occupatus negotiis curſoriè perlegat Acta? vel cum
bono, maximè ſi recentius acceſſerit, indormiſcat Homero, hâc vel illâ
magni momenti circumſtantiâ non attentâ? Quid ſi ab orbita Juris ali-
cubi, quod humanum eſt, aberraverit? Quid ſi quiſpiam ex Conſu-
lentibus, ipſius in referendo ſuffragium emendicarit? Rennemann. *dict.
cap. 7. num. 23.*

Ad evitanda hæc pericula ſatius eſt, ut ſuo non modò Relator of-
ficio incumbat, ſed & Actorum tranſmiſſorum Collegis ſingulis æque
diligenter domi perlegendorum Copia detur, Rennemann. *dict. cap. 7.
num. 24.*

(2.) Quia non minus periculoſum & hoc eſt, ſi ex tempore ad pro-
latam à Relatore Sententiam ſuum animi judicium Collegæ ſic expo-
nere debent reliqui, ut præmeditandi, & in Rationes Cauſarum, qui-
bus Relator motus ita cenſuit, inquirendi tempus nullum habeant.
Præſtat igitur & hîc, ſi temporis ratio ferat, quid Juris & æqui in utra-
vis parte ſtatuendum ſit, prius domi benè deliberaſſe, quàm ſine præ-
via deliberatione Sententiam præcipitaſſe, Renneman. *dict. cap. 7. num. 25.*

(3.) Quia nec tam exploratum eſt, quod, ut vulgò putatur, major
pars concludat, & quòd ex pluribus in Conſilio prolatis Sententia ſit
melior, quæ ſuffragiis plurium Doctorum Collegii coincidentibus eſt
ſtabilita, Exod. *cap. 23. verſ. 2.* Senec. Philoſoph. *de vit. beat. cap. 2.* Renne-
172. mann. *dict. cap. 7. num. 26. lit. a.* Melius ergò & hîc agunt, qui ſuffragia
non tam ſequuntur majora, quàm ſaniora, hoc eſt, melioribus Ratio-
nibus firmata, & potius, quod juſtum eſt & æquum, quàm quod pluri-
173. bus probatum, Rennemann. *dict. cap. 7. num. 27. & 28.* ubi teſtatur, ſe
hiſce rationum momentis motum in Facultate Juridica Academiæ Er-
furta-

furtanæ (cui primum ut Referendarius adſedit 10. & deinde ut Deca-
nus & Senior præſedit 24. Annos) antiquatis quibusdam tam moribus,
quàm Statutis hoc tandem obtinuiſſe, ut poſt Referendarium, ſinguli
ex reliquis Collegis eadem Acta fideliter domi perlegant, Sententiam
Referendarii, ubi ſic viſum fuerit, corrigant, & emendent addendo, &
detrahendo: imò planè rejectâ illâ ſuam apponant, quò ex his inter ſe
collatis eligatur demum non ea, quæ plura habet ſuffragia, ſed quæ
melioribus Rationibus ſuffulta eſt.

Rationes decidendi in Collegii Archivo conſervari, & requirenti 174.
Judici communicari debent, per *Receſſ. Imper. de Anno 1654.* §. Ob er auch
ſchon die Urtheil ꝛc. *61.* ibi: Geſtalt dann ſolche *Collegia Juridica* bey Abfaſ-
ſung der Urtheil die *ex facto* genommene *Rationes decidendi* allemal kürtzlich
aufzuſetzen / und auf Erfordern des *Judicis à quo*, ohne Entgelt außzuſtellen
ſchuldig ſeyn ſollen: und ſollen dieſelbe in einer ſonderbar hierzu verfertig-
ten Truhen ꝛc. aufbehalten werden.

Ubi Juriſperiti Conſulti certum quid concluſerunt, & concepe- 175.
runt, id curant per Amanuenſem ſuum purè deſcribi, deſcriptum Sigillo
Collegii ſui, & Subſcriptione ipſius Nominis confirmatum, hâc ferè
clauſulâ: Urkundlich haben wir dieſes mit unſerm aufgedruckten *Secret*
(Siegel) bekräfftiget; Geſchehen ꝛc. unà cum Actis in Rotulum redactis
omnibus, & iterum cautè obſignatis, Tabellarii repetentis, & Honora-
rium offerentis manibus reddi ad Conſulentes reportandum; hoc ferè
modo: *Decanus*, (*Ordinarius*,) *Senior* und andere der *Juriſten*-*Facultät* (des 176.
Schöpffen-Stuhls) zu ꝛc. Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 8. num. 3.*
Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 128.* cum Epiſtolâ ſequentis ple-
rumque Tenoris: Auf euer Begehren haben wir die in Sachen *A. B. Acto-
ris* eines / *contra* C. D. Beklagten andern Theils / vor euch ergangene *Acta*
mit allem Fleiß verleſen / uns auch einer Urtheil darüber *collegialiter* mit-
einander verglichen / welche denen *Acten* inverſchloſſen ihr von Brieff-Zei-
gern nebens *Deſignation* der *Sportuln* hiermit zu empfangen habet ꝛc. Styp-
mann. *dict. cap. 7. num. 129.* Additur autem Deſignatio Sportularum, quia 177.
ſæpè petitur, & ne Tabellarius plus dicat, quàm dederit, cum Deſigna-
tione, quot dies manſerit, ut juxta eas pretium diurnum, Wart- oder
Liege-Geld accipiat, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 130.*

Sportulas autem accipiunt Facultiſtæ pro ſtudio in lectione Acto- 178.
rum adhibito, quod ex æquo poſtulare (billigmäßige Gebühr) non eſt
prohibitum, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 131.* prout ſcilicet Acta fuerunt 179.
prolixa, cauſæ difficillimæ, Quæſtiones plures ſeorſim decidendæ, &c.
Rennemann. *dict. cap. 8. num. 3. lit. f.* Hoc tamen improbari non debet, 180.
ſi Ra-

ſi Rationes decidendi petantur à Conſulentibus, ut Deciſioni adjiciantur, ſi his inſertis Salarii quantitas extendatur aliquatenus, Rennemann. *dict. loc.*

181. In hoc Actu quæritur Primò: An Reſponſum in Sententiæ Judi-
cialis formâ Conſulentibus remittendum? Si Conſulentes hoc diſertè
poſtulaverint, ut illud in forma Sententiæ deciſivæ, & ſuo Conſulen-
tium utpote Judicum nomine conceptæ remittatur, poſtulato deferen-
dum erit, & ita quidem, ut Sententiæ deſcriptæ Sigillum Collegii ap-
182. ponatur, Rennemann. *dict. cap. 8. num. 4.* hâc formulâ: Jn Sachen *A.*
Klågern / wider *B.* Beklagten / ſprechen wir Bürgermeiſter und Rath zu *N.*
auf eingeholten Rath ohnpartheyiſcher Rechts-Gelehrten für Recht / daß
Klåger ſeiner Klagen *Intent*, wie Rechtens / nicht erwieſen / und derowegen
Beklagter von angeſtellter Klage / mit Wiedererſtattung der Unkoſten zu
entbinden. V. R. W. Rennemann. *dict. num. 4. lit. b.* cum adjectâ è Re-
gione Proteſtatione, cujus authoritate Sententia ita ſit dicta; quæ talis
eſſe ſolet: Daß dieſes Urtheil denen uns überſchickten *Acten* und den Rech-
ten gemåß geſprochen / thun wir *Decanus, Senior, &c.* Krafft unſers Siegels
hiermit beurkunden. Atque unà cum Epiſtola ſeorſim Conſulentibus
183. inſcripta, quæ talis eſſe ſolet: Günſtige gute Freunde! Auf euer Begeh-
ren thun wir euch die überſchickte *Acta* beneben dem darüber abgefaßten
Urtheil überſenden: Und ſeynd euch in dergleichen und andern Sachen auf
Begehren zu willfahren ferner gefliſſen. Rennemann. *dict. num. 4. lit. b.*
184. Si verò ſimpliciter Conſulentes petiverint, ut quid Juris ſit informen-
tur, fermè obtinuit, ut Reſponſum in Epiſtolica Forma, quâ petitum
erat, reſcribatur hoc modo: Als ihr uns etliche *Acta* in Sachen *A. contra*
B. um Belehrung des Rechts zugeſendet: ſprechen wir darauf für Recht /
weil Beklagter der geklagten 50. Rthlr. ſo Klåger vor etlichen Jahren ih-
me vorgeſetzet / nicht in Abrede / daß er dieſelbige Klågern mit dem *Inter-*
eſſe, von Zeit des Verzugs innerhalb *N.* zuſamt den verurſachten Unkoſten /
doch auf vorgehende *Moderation*, abzuſtatten ſchuldig: kônte er aber / und
wolte / wie Rechtens / beweiſen / daß er Klågern mit dieſer Schuld an ſei-
nen *Debitorn* (den er auch gutwillig angenommen) verwieſen / wåre er da-
mit zu hôren / und ergienge darauf ferner was recht iſt. Rennemann. *dict.*
cap. 8. num. 5. lit. b.

185 Quæritur Secundò: Num Judici deſideranti, vel Parti alteri contra alteram petenti, Exemplar (Copey) Reſponſi liceat ſeorſim communicare, antequam illud ſit publici Juris factum? Rennemann. putat *dict. cap. 8. num. 6.* precibus hisce non eſſe indulgendum, ſive publicè, ſive privatim ſit illud Reſponſum à Jurisprudentibus impetratum, cùm hoc ſem-

ſemper tendat in partis alterius præjudicium, quod ſine ſuſpicionis turpis vitio, nec poſſunt illi, nec debent excitare, quos in partem utramque ex æquo & bono decet eſſe æquè proclives, ne cùm uni gratificari cupiunt, alteri injuriam faciant, quod à Viris bonis, quales eſſe Jurisprudentes oportet, prorſus alienum eſt; niſi hoc cum partis alterius conſenſu fiat, vel juſtam cauſam habeat, Rennemann. *dict. num. 6. lit. g.*

Quæritur Tertiò: Si Pars una clam Judice & Parte alterâ Collegium 186.
aliquod conſuluit, num Collegium illud, ſi Judex & Pars ignara hujus Conſilii privati, Acta tranſmittant huc eodem ad Sententiam deſuper concipiendam, hæc acceptare, an verò ad Judicem ex cauſa, quod jam ante ſuper his Actis, vel Interrogationibus à Parte altera conſultum fuerit, remittere, & Reſponſum detrectare debeat? Rennemann. putat *cap. 8. dict. num. 6. lit. g.* Acta non debere illam ob cauſam, quod ſuper iis Conſulenti reſponderint, remitti, nihilque obſtare, quo minùs idem illud, quod antea parti uni, ex æquo & bono datum fuit Reſponſum, poſtea Judici cum alterâ parte dari poſſit, Brunnemannus verò tradit *in Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 10.* Collegium Juridicum Acta remittere, quando pro parte conſuluit, & id Conſilium in Actis reperiatur, licet quando Parti Reſponſum, non quidem ex voto, ſed quid juſtum videatur, non remittantur, cùm hoc caſu non datum Conſilium, ſed potiùs quid Juris expoſitum fuerit.

Poſtquam Tabellarius ad locum Judicii, à quo Tranſmiſſio facta 187.
eſt, rediit, atque Acta cum Reſponſo Conſulenti in Rotulo obſignato reddidit, Judex partes litigantes judicialiter certo die citat, ad videndum reſignari & aperiri Acta, publicarique Sententiam, Schrader. *de Feud. cap. 27. num. 35.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 7. num. 139.* Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 8. num. 7.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 11.* zu vernehmen und anzuhôren / daß die wiedergekommene *Acta* erôffnet / und ein rechtmåßig Urtheil *publici*ret werde.

Comparentibus Partibus remiſſus à Collegio Reſponſi Rotulus ad- 188.
huc obſignatus in Judicio exhibetur undequaque circumſpiciendus,
Rennemann. *dict. cap. 8. num. 7.* Num ſcilicet Facultatis Sigillum, quò 189.
Rotulus eſt obſignatus, ſibi conſtet integrum, nec clam Partibus ante
ſit reſignatum, Schrader. *dict. cap. 27. num. 35.* Berlich. *part. 1. dict. concluſ. 59.*
num. 18. Rennemann. *dict. num. 7. lit. b.* Si nihil deſiderent, reſignatur & 190.
aperitur Rotulus, Rennemann. *dict. cap. 8. num. 8.* Stypmann. *dict. cap. 7.*
num. 141.

Reſponſum verò nondum publicatur, ſed Partes prius Acta per- 191.
luſtrare & diſpicere debent, an ita integrè & plenè, ut nec abſit, nec

 ſuper-

ſuperſit quippiam, ad Collegium tranſmiſſa & ab eodem remiſſa ſint,
192. Rennemann. *dict. cap. 8. num. 8.* Deinde Judicis quoque eſt Reſponſum,
ante Publicationem inſpicere, & videre, anne erroneum ſit, atque er-
rorem à Collegio fortè commiſſum corrigere: Licet enim Judici non
ſit integrum, à Conſiliis & Reſponſis ſine juſtâ & urgente cauſa pro lu-
bitu abire, Mev. *part. 2. deciſ. 261. num. 4.* & *ad Jus Lubecenſ. part. 2. lib. 5. tit. 9.*
193. *artic. 2. in Addition.* Ea tamen Judicem conſulentem ſic non conſtringunt,
quin deprehenſo errore ab iis recedere valeat, Menoch. *de Arbitrar. Judic.*
Quæſt. lib. 1. quæſt. 23. num. 5. & 11. Schrader. *dict. cap. 27. num. 93.* Mev. *dict. de-*
ciſ. 261. num. 6. & ſeq. Brunnemann. *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27. num. 11.* Berlich.
194. *part. 1. dict. concluſ. 59. num. 26.* ubi generaliter concludit, Judicem Conſi-
lium Sapientum, ſeu Collegii alicujus Juridici mutare, corrigere, &
emendare poſſe, imò etiam illud omninò ſequi non adſtringi, ſed aliam
Sententiam etiam Conſilio non conformem, repugnantem ferre valere:
Quem ſequitur Barthol. Leonhard. Suendendörffer. *in Obſervat. ad Fibig.*
195. *Proceſſ. Jur. cap. 2. §. 17. lit. H. regul. 5.* niſi Conſilium ex forma Statuti ſit
requirendum & ſequendum, Lancellott. *de Attentat. part. 2. cap. 9. num. 12.*
Brunnemann. *dict. cap. 27. num. 11.* Anton. Perez. *in Prælection. ad Cod. tit. de*
196. *Sentent. & Interlocut. num. 14.* vel etiam Partes in extraneum Judicem con-
ſenſerint, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 224. & 225.* Perez. *dict. num. 14.* Mev.
197. *part. 3. deciſ. 231.* ubi tradit, quod ſi Sententia à Peritis neceſſariò petenda
fuit, & hoc neglectum, nullitas ſalvis aliis Gravaminibus committatur,
Brunnemann. *dict. num. 11.*
198. Ne Judex Sententiam ex Conſilio Sapientum erroneè latam appro-
bet, & litem ſuam faciat, duæ cautelæ videntur non inutiliter adhiberi:
(1.) Si in Literis ad Collegium miſſis, quibus Conſilium petitur, roget,
ut Collegium Rationes Deciſionis ſeparatim in chartam conjicere, &
remittere velit, quò Judex, nec non Partes, & in eventum etiam futu-
rus Judex, ſcire queat, quid Collegium ad hanc Deciſionem commo-
verit, quod Collegium haud gravatim faciet, & ſine magno labore,
cùm etiam aliàs debeant Rationes Decidendi in Collegii Archivo con-
ſervari & Judici requirenti communicari, per *Receſſ. Imper. de Anno 1654.*
§. Ob er auch ſchon die Urtheil ꝛc. *61.*
(2.) Ut Judex Acta apertis & reſignatis jubeat diſcedere pauliſper
Partes, & Sententiam perlegat cum Aſſeſſoribus, ut, ſi fortè manifeſtus
potiſſimum in facto error admiſſus, vel ſi contra Jura Statutaria Provin-
ciæ Reſponſum, quo caſu ſæpè Conſilia Peritorum à Judice correcta
eſſe, utpote nulla refert Mev. *part. 2. deciſ. 268.* & *in Commentar. ad Jus Lu-*
becenſ. part. 2. lib. 5. tit. 9. artic. 2. in Addition. Brunnemann. *dict. num. 11.* vel
ſi non

ſi non omnia capita controverſa deciſa, vel alio modo nulliter, vel in-
juſtè pronunciatum, erroris ante publicationem emendari queat, quod
Judicem facere poſſe & debere putat Brunnemann. *dict. num. 11.* Si non
ſit Statutum, quod Conſilia talia præciſè ſequi jubeat, præſuppoſitâ eâ
Sententiâ, quod Judex Conſilium, ſi præſertim erroneum eſſe videat,
ſequi non teneatur, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. dict. lib. 1. quæſt. 23.*
num. 5. & 11.
Quamvis qui JCtorum Judicium & Conſilium ſecutus eſt, nihil 199.
libidine, injuria, aut pro affectu feciſſe dicatur, Decius *conſil. 400. num. 1.*
Cothman. *volum. 5. reſponſ. 38. num. 1. & ſeq.* Brunnemann. *dict. num. 11.* Et 200.
Judex Peritorum Sententiam non ſequens, quamdiu ab illa juſta diſce-
dendi cauſa non apparet, malè judicaſſe & gravaſſe præſumitur, Mev.
part. 2. deciſ. 261. Brunnemann. *dict. loc.* quia tamen Conſilium ſine appro- 201.
batione Judicis nemini præjudicat, & ex approbatione & publicatione
Judicis demum vires ſuas acquirit, ideò Judex iniquum Conſilium ſe-
quendo, ipſe Juſtitiam violat, & ad Syndicatum tenetur, Hartmann.
Piſtor. *Obſervat. 149. num. 1. & ſeq.* Maurit. *de Reſtitut. in integr. quæſt. 48. num. 4.*
Brunnemann. *dict. num. 11.*
Quin etiam ſi Judex nec ex Statuto, neque ex petitione Partium 202.
tranſmiſerit Acta, ſed pro ſua tantùm Informatione, tunc illud Conſi-
lium Judex planè ſequi, aut Rationes, ob quas diſcedat, reddere non
tenetur, argum. *cap. cum olim. 7. X. de arbitr.* Lancellott. *de Attentat. part. 2.*
cap. 9. num. 11. Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. cap. 1. num. 15. & 16.* Brun-
nemann. *dict. loc.*
Sic & Reſponſa, quæ non ad Conſultationem Judicis, ſed ad par- 203.
tis litigantis requiſitionem promanant, Judex in pronunciando ſequi
non cogitur, Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. part. 2. tit. de re judicat. num. 3.*
ad verb. Aut ex opinione Peritorum &c. Si tamen juſtam cauſam quis foveat, 204.
& Facti circumſtantias verè narret? tum certè Conſulenti, maximè pro-
ficiunt, ſuntque cautela, quæ cingulo quaſi Juſtitiæ cingit Judicem, ne
variet, & ex affectu potius, quàm Jure judicet, inprimis, ſi Reſponſum
ejusmodi datum cum Rationibus Dubitandi & Decidendi, aut ſimplex,
ſed à duobus vel tribus diſtinctis Collegiis conformiter pronunciatum,
Beſold. *in Theſaur. Pract. verb.* Belehrungs-Urtheil. *verſ. Niſi. num. 4.* Hahn.
ad Weſenbec. dict. loc. & *part. 1. tit. de orig. jur. num. 4. ad verb. Juris autem Ci-*
vilis &c.
Si Acta remiſſa, & reſignata integra & plena reperta fuerint, neque 205.
deprehenſus error in Reſponſo, mox ad ejus Publicationem proceditur,
Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. dict. cap. 8. num. 9.*

P 3 Reſpon-

206. Reſponſum Collegii JCtorum ad Acta tranſmiſſa datum, per ſe
non valet tanquam Sententia, vimque Sententiæ nullam habet, quia
tale Collegium Jurisdictionem non habet, nec Judex competens eſt,
Rennemann. *de Tranſmiſſione Actor. cap. 1. num. 10. lit. a.* Anton. Perez. *in Prælection. ad Cod. tit. de Sentent. & Interlocut. num. 13.* Mev. *part. 2. deciſ. 261. num. 1.*
207. *& 2.* Eckolt. *in Compendiar. Pandectar. Tractation. tit. de re judicat. §. 8.* Vim ta-
men Sententiæ accipit, & in rem judicatam tranſire poteſt, quando à
Judice publicatur & pronunciatur, Berlich. *part. 1. concluſ. 59. num. 4. &*
ſeqq. Bachov. *in Not. ad Weſenbec. tit. de re judicat. num. 8.* Stypmann. *de Re-*
ferendar. dict. cap. 7. num. 157. 158. & ſeqq. ubi ad contraria reſpondet Hahn.
in Obſervat. ad Weſenbec. dict. tit. de re judicat. num. 8. ad verb. Aut ex opinione
Peritorum &c. Eckolt. *dict. §. 8.* Diſſentit Mynſing. *centur. 6. obſervat. 35.*
208. *num. 1.* ubi ſtatuit Judicem, qui ex Relatione Peritorum cujuſpiam artis
pronunciavit, ſi deinde à Peritioribus inſtruatur, priorem Relationem,
ſive Reſponſum fuiſſe falſum, vel non conſentaneum veræ peritiæ &
diſciplinæ, poſſe illam ſuam Sententiam revocare, etiamſi lapſum ſit
tempus ad appellandum conceſſum, Gail. *lib. 2. obſervat. 111. num. 18.* ubi
209. ſcribit, quòd Sententia lata ſecundùm Conſilium Sapientis nunquam
tranſeat in rem judicatam, & poſſit revocari propter Conſilium Sapien-
210. tioris: quem tamen intelligendum eſſe de Sententia à Facultate aliquâ
Juridicâ & Scabinatu ad requiſitionem Judicis formatâ, & nondum
publicatâ à Judice, notat Bachov. *in Not. ad Weſenbec.* & Hahn. *in Obſer-*
vat. dict. loc. Rutger. Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 12. num. 6.* & *part.*
4. lib. 8. cap. 12. num. 4. & 15. Hunnius *ad Treutler. volum. 2. diſputat. 23. theſ. 2.*
lit. B. quæſt. 6.

211. Illud minus dubium eſt, in ejusmodi Sententia, quæ nomine Ju-
dicis concipitur, v. gr. per verba: Erkennen wir Burgermeiſter und Rath
der Stadt *N.* auf eingeholten Rath der Rechts-Gelehrten vor recht *&c.*
Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 26. definit. 1.* Speidel. *in Notabili-*
bus. verb. Belehrungs-Urtheil. *num. 34. in princ. verſ. Niſi.* Hahn. *in Obſervat.*
212. *ad Weſenbec. dict. loc.* Idem obtinet in Reſponſo Collegii Juridici, quod
non in modum Sententiæ, ut priori caſu, ſed Conſilii tantùm Juridici
conceptum, & nomine Judicis non adjecto, Partibus publicatum, ſo die
Belehrung ſelbſt an ſtatt des Urtheils eröffnet worden. Bachov. *ad Treutler.*
volum. 2. diſputat. 23. theſ. 2. lit. B. ad verb. Unde oritur difficilis. Carpzov. *dict.*
conſtitut. 26. definit. 2. Rennemann. *dict. cap. 8. num. 13. & 14.* Stypmann. *dict.*
cap. 7. num. 165. & ſeqq. Mev. *ad Jus Lubecenſ. dict. artic. 9. in Addition.* Hahn.
ad Weſenbec. dict. loc. Contrarium ſuſtinet Treutler. *volum 2. diſputat. 23. dict.*
theſ. 2. lit. B. quem tamen refutat Bachov. *ibid.* & Carpzov. *dict. definit. 1.*
num.

num. 5. Maranta requirit *in Specul. Aur. part. 6. tit. de Sentent. num. 13.* ut an-
tequam legatur Conſilium, Judex ſcribat in calce ipſius: *Nos Judex pro-*
nunciamus, prout in tali ſupra ſcripto Conſilio continetur; eumque ſequitur An-
ton. Perez. *in Prælection. ad Cod. tit. de Sentent. & Interlocut. num. 13.* cùm hoc 213.
Conſilium ſit tantum privatorum hominum ſubſerviens ad inſtructio-
nem, non valebit tanquam Sententia, ſi Judex Conſilium ſibi tranſ-
miſſum ſimpliciter legat, niſi & illud ſuâ Subſcriptione approbet: Sed
hæc ratio frivola videtur Carpzov. *dict. definit. 1. num. 5.*

Ex eo, quod parum roboris inſit ſubſcriptioni ſed ſufficiat nomine 214.
Judicis Sententiam publicari, eoque ipſo ſatis innuatur Judicis authori-
tatem illi Reſponſo vim & efficaciam tribuere, Bachov. *ad Treutler. dict.*
loc. verſ. Atque hæc de prima &c. Nec movet alia Marantæ ratio, quam ad-
ducit *dict. loc. num. 15.* Peritos ſcilicet ſolere ſua Reſponſa concipere per
verba, quæ habent tractum in futurum, ita ut non condemnent nec
abſolvant, ſed tantùm abſolvendum, vel condemnandum eſſe Reum
dicant. Reſp. enim Sententiam eo modo conceptam non eſſe haben-
dam pro nulla, cùm ſatis conſtet de mente Judicis, qui ſuper iis, quæ
apud ſe Acta fuere, Sententiam ferre voluit, quia aliàs Sententia per
verba æquipollentia ferri poteſt, Bachov. *dict. loc.* Carpzov. *dict. definit. 1.*
num. 6. & 7. Quamvis & rarum non ſit, Judicem Reſponſum Peritorum
in tempore præſenti publicare: Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. Proceſſ. 13.*
num. 90. & 91. Carpzov. *dict. definit. 1. num. 8.* Quando ergò Judex cum 215.
Conſenſu Litigantium ad petitum eorum, vel ex officio certis rationi-
bus motus Acta ad Collegium JCtorum miſit, ſemper in rem judica-
tam tranſit Sententia nomine Judicis publicata, nec ad peritioris JCti
Conſilium revocatur ſive nomen Judicis adjectum fuerit, ſive non, ſive
in calce Conſilii ſcriptum ſe ita pronunciare, ſive non, Stypmann. *dict.*
cap. 7. num. 167. 168. & ſeqq. ubi contraria diluit. Eo in caſu, quo Judex clam 216.
& privatim pro ſua Informatione, (quod facere ſolent non pauci cu-
rioſi Judices, avidi ſciendi, quid in caſu propoſito Juris ſit) Acta ad
Collegium JCtorum miſit, Sententiam nunquam tranſire in rem judi-
catam, non tam ob defectum notionis, & quod Peritiores poſſint in-
veniri, quàm quod Judex ſe ſuſpectum faciat clam Informationes pe-
tendo & extraneum Judicem malè informando ſtatuit, Stypmann. *dict.*
cap. 7. num. 166. & 186.

Idem eſſe, ſi Partes Judici offerunt Conſilium & is poſtea illud in- 217.
vitâ ſaltem alterâ Parte publicare velit, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 187.*
& ſeqq. Hahn. *in Obſervat. ad Weſenbec. tit. de re judicat. num. 8. ad verb. Aut ex*
opinione Doctorum. in fin. quia Conſilia ad Partis implorationem facta ſunt 218.
ſuſpe-

219. ſuſpecta, Stypmann. *dict. cap. 7. num. 217.* Ut enim narratum: ita impe-
220. tratum. Cothmann. *volum. 3. conſil. 29. num. 401.* Atque ideò Reſponſum
ad unius petitionem obtentum Jus inter Partes facere non poteſt,
Cothmann. *volum. 1. conſil. 1. num. 431.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 218.* Ad
221. unius Doctoris Reſponſum non æque bene Sententiam, quoad vires
222. rei judicatæ promulgari putat Stypmann. *dict. cap. 7. num. 199. & ſeq.* Econ-
trà verò Berlich. ſcribit *part. 1. dict. concluſ. 59. num. 8.* de Jure Communi In-
terpretes ſtatuere, quod nihil interſit, ſive Sententia ejusmodi ſit lata
ad privati alicujus Conſilium, ſive ad totius alicujus Collegii Reſpon-
ſum, *verſ. text. in l. Divi Fratres. 17. ff. de Jur. Patronat.* Add. *ſuprà num. 74.*

223. Et hæc quæ dicta ſunt, obtinent non tantùm in Cauſis Allodiali-
bus, ſed etiam in Feudalibus, & Summariis, ut cauſa decidenda ad ali-
quod Collegium Juridicum tranſmitti, & Sententia taliter lata & publi-
cata in rem judicatam tranſire poſſit, Schrader. *de Feud. dict. ſection. 14.
num. 57. & ſeqq.* Berlich. *dict. concluſ. 59. num. 11.*

224. Q. An illud, quod de Sententia JCtorum in rem judicatam tranſ-
eunda dictum eſt, etiam in aliis Peritis, puta Medicis, Chirurgis, Archi-
tectis, Fabris lignariis, Paſtoribus, & ſimilibus locum habeat, ita, ut ſi
Medici & Chirurgi dicant aliquem ex vulnere lethali occiſum, pecudem
ex occurſatione alterius mortuam, ædificium ex imperitia Architecti pro-
lapſum, &c. horum Sententiæ & dicta in rem judicatam tranſeant, &
poſt elapſum Decendium retractari, & ex dictis aliorum Peritorum
contrarium aſſeverantium reſcindi non poſſint? Negat Gail. *lib. 2. obſer-
vat. 111. num. 16.* Affirmat Berlich. *part. 1. dict. concluſ. 59. num. 35. & ſeqq.* ubi
ad contraria reſpondet: quod procedit, quando Sententia ex his Arti-
ficum ſcitis à Judice dicta, & publicata eſt, Rennemann. *cap. 1. num. 17.
lit. c.*

225. Publicatione peractâ Copiæ Reſponſi Partibus illas petentibus ſunt
communicandæ, ſalvo cujusque Jure, utrum in illa acquieſcere, an
verò à re judicata illam legitimè ſuſpendere velit, Rennemann. *dict. cap.*
226. *8. num. 15.* Sportulæ quoque ſolvendæ, quarum alterum dimidium ante,
alterum verò poſt remiſſionem dari debere, ſcribit Stypmann. *dict. cap. 7.
num. 141.*

227. Quæſtio hîc: Cujus Expenſis & Sumptibus Tranſmiſſio Actorum
228. fiat? Tranſmiſſionem Actorum ad Collegium Sapientum fieri debere
Sumptibus utriusque partis, ſtatuit Berlich. *part. 1. concluſ. 59. num. 20.* etiam
eo in caſu, quo una Pars Actorum Tranſmiſſionem petit, Berlich. *dict.
concluſ. 59. num. 23.* quia hoc, quod cauſa decidenda ad Conſilium Sa-
pientum tranſmittatur, utriusque Partis utilitatem reſpicere videtur,

argum. *cap. non ſanè 11. cauſ. 14. quæſt. 6.* Cùm ejusmodi Tranſmiſſio ſit in-
ducta, ut eò citius ad finem perducatur, cujus eventus dubius eſt, &
tam facilè pro Reo, quàm pro Actore contingere poteſt, *l. quod debetur.
51. ff. de peculio.* Ea autem, quæ utriusque Litigatoris utilitatem reſpici-
unt, licèt ab uno ſolo petantur, communibus Sumptibus expediri de-
bent, Berlich. *dict. concluſ. 59. num. 24.* eumque ſequitur Barthol. Leonhard.
Suendendörffer. *in Obſervat. ad Fibig. Proceſſ. Jur. cap. 2. §. 17. lit. H. regul. 4.*
ubi præterea notat, huic Sententiæ quandoque annecti: Und iſt ſo wohl
Kläger als Beklagter die Urthels- und andere zu Verſchickung der *Acten*
nöthige Gebühren zur Helffte zu erlegen ſchuldig. Sed ratio à Berlichio al- 229.
legata inſufficiens videtur: nam cùm alter Judici fidit, is verò, qui
Tranſmiſſionem petit, eum ſuſpectum quodammodo facit, Juris ratio
poſtulat, ne Conſilium in alterius detrimentum ſumatur, *l. 75. de Regul.
Jur.* vel alterum in Jure quæſito, quod in Judice habet, lædat vel non
neceſſariis Sumptibus oneret, Specul. *lib. 2. part. 2. tit. de Requiſit. Conſil. in
princ. verſ. Salar. ſub lit. C.* Menoch. *lib. 2. de Arbitrar. Judic. Quæſt. 3. caſ. 228.
num. 22.* Stypmann. *dict. cap. 7. num. 144. 145. 146. & 147.* ubi teſtatur, hanc
Sententiam in Praxi receptam eſſe, & quotidiè obſervari: niſi quis in
Expenſas, & in ſpecie in Sportulas condemnatus fuerit, Stypmann. *dict.
cap. 7. num. 148.* tunc enim victus cum reliquis Sportulis etiam has ſolvere
tenetur, Stypmann. *num. 149.* Rennemann. diſtinguit, quod aut verſe- 230.
mur in Foro ejusmodi, in quo ſine diſcrimine Tranſmiſſiones in cauſis
quibuslibet, & inter quoslibet receptæ ſunt, aut in Foro tali, in quo
Tranſmiſſiones, niſi ex juſta quapiam cauſa, receptæ non ſunt: & pu-
tat priori caſu, recuſantem Tranſmiſſionem audiri non debere, ſed ad
tranſmittendum pro communibus Sumptibus cogi invitum, cùm in
dolo verſari videatur, cui Judex patrocinari non debeat, niſi exceptio
præſtet aliqua, Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 9. num. 4.* poſteriori
verò caſu, regulariter, ſi pars alterutra Tranſmiſſionem obnixè petat, al-
tera verò, & ſi non magnoperè refragetur, Impenſas tamen ſolvere nul-
las velit, Parti quidem petenti non denegari Tranſmiſſionem, ſed ita,
ut ſola Tranſmiſſionis Impenſas ſuſtineat, Rennemann. *dict. cap. 9. num. 5.*
Aliàs ſi Judex ſive propter imperitiam, ſive cauſæ difficultatem, ſive 231.
ſuſpicionis evitandæ gratiâ tranſmiſſurus Acta fuiſſet, etiamſi pars altera
recuſaret Sumptus, recuſans nihilòminus ferre deberet, Rennemann.
dict. num. 5. lit. b. At ſi Judex Partibus ignorantibus, vel invitis ex motu 232.
proprio Tranſmiſſionem adornare velit, ita tamen, ut ad Reſponſum
alligatus eſſe nolit, illius emendatione, mutatione, vel etiam rejectione
ſibi reſervatâ, nulla cauſa ſubeſt, cur Partes illius Sumptus ſuſtinere

cogantur, Rennemann. *dict. cap. 9. num. 6.* cùm hoc caſu non Partium,
ſed ſuum ſolius negotium gerat, nimirum ut ſe informet, ſalvo tamen
ſuo arbitrio, an Informationem probare velit, vel nolit? Rennemann.
dict. num. 6. lit. a.
233. Tranſmiſſionem Actorum fieri Sumptibus utriusque Partis, ſi ea
fiat, vel ex Statuto, vel petente utraque parte, vel ex Officio, ſtatuunt
Schrader. *dict. loc. num. 81.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 228. num. 33.*
234. Mev. *part. 8. deciſ. 221. num. 2.* Brunnemann. *dict. cap. 27. num. 5.* vel alterius
tantùm, qui id petit, eas tantùm à ſuccumbente recuperat, Schrader.
235. *dict. loc. num. 91.* & Brunnemann. *dict. loc.* Si pars alterutra detrectet Solutionem Sumptuum, quamcunque tandem hoc fiat ob cauſam, Actuarius verò antequam illi Sumptus ſolvantur, aperire Rotulum nolit, quod
moras trahentem habeat de ſolvendo ſuſpectum; altera autem, ut eò
citius expediatur lis, ſola interim Tranſmiſſionis Impenſas etiam alterius
exſolvat nomine, Judex Executionis ope ſuccurrere ſolventi debet ad
ſuam portionem pro dimidiâ parte refundendam, Schrader. *dict. loc.
num. 90.* Rennemann. *dict. cap. 9. num. 8.*
236. Quid & quantum circa Impenſas rependi debeat, id deſignant
Actuarii Tabulæ, Partibus litigantibus exhibendæ, quæ plerumque cum
Citatione ad publicandum Reſponſum tranſmitti ſolent, der *Expens-*
237. Zettel / Rennemann. *dict. cap. 9. lit. a.* Si tamen illæ, ut plerumque fieri
ſolet, ſint nimis ſumptuoſæ, Judicis caſtigatione emendari, & ad æqui-
238. tatem conformari debent, Rennemann. *dict. num. 9.* & quidem ita, ut
quæ ſunt in Tranſmiſſionem Actorum neceſſariò, vel ſaltem utiliter impenſa, cujusmodi eſt merces pro Scripturis utilibus, & pro Tabellario,
item Honoraria pro Prudentibus oblata, & ſi quæ ſunt alia, à Partibus
exigantur, inutilia verò, ſuperflua, & turpia præcidantur, Rennemann.
dict. cap. 9. num. 10.
239. Finis Tranſmiſſionis Actorum ad Collegium Jurisprudentum, &
quidem à parte Litigantium eſt, ut his via pateat, quâ pervenire eò melius queant ad Sententiam juſtam, quæ non ſit affectuum & ſuſpicionum in alterutram partem propendentium turbis, vel erroris, ignorantiæ, aut imprudentiæ tenebris in animo Judicis obnoxia, Rennemann.
240. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 10. num. 1.* A parte Judicum verò, ut hujus occaſionis beneficio tam à variis judicandi moleſtiis immunes, quàm timoris, ne incidant in odium alterutrius litigantium, ſecuri eſſe poſſint,
Rennemann. *dict. cap. 10. num. 4. & ſeqq.*
241. Ad Effectum Tranſmiſſionis Actorum ſpectat, quod hodiè, quamdiu cauſa tranſmiſſa eſt ad Collegium Jurisperitorum, Judex non poſſit
interim

interim in ea quid decernere, vel Sententiam ferre ante Conſilium habitum à JCtis, Marant. *in Specul. Aur. part. 6. tit. de Appellation. num. 10.* & ſi 242.
tulerit Sententiam, ea nulla atque revocanda ſit, Lancellott. *de Attentat.
part. 2. cap. 9. num. 5.* Richter. *in Expoſition. Authentic. Novo Jure. tit. de Relationibus. num. 6.* Brunnemann. *ad l. 1. Cod. de Relationibus.* ubi ſcilicet Tranſmiſ- 243.
ſio ex Lege debetur, aut à Judice ſemel decreta eſt, Mev. *part. 3. deciſ. 68.
num. 1. & 2.* Decreto Tranſmiſſionis Actorum quam pars petit, (ſecus eſt 244.
in ea, quam ſuâ voluntate merâ Judex decernit) Judex à ſe Sententiæ
dicendæ facultatem abdicat, dum ad alios refert, *l. ſi quando ratio. 3. Cod.
de Relationibus.* unde Jus Parti quæritur, quod ipſi invitæ auferri nequit, 245.
atque ideò nec valet, quod ſecus fecit Judex, *l. fin. Cod. Si à non competent.
Judic.* Mev. *part. 3. deciſ. 40. num. 6.*
Contrarium, quòd ſcilicet poſſit Judex Acta ad Collegium Juridi- 246.
cum decidenda tranſmiſſa antequam Sententia à Sapientibus & Scabinis
concipiatur, avocare, etiam Partibus invitis, vel etiam Conſilio Sapientum vel Scabinorum non exſpectato pronunciare, concludit Berlich.
part. 1. dict. concluſ. 59. num. 28. & 29. ſed hanc Berlichii opinionem eſſe pa- 247.
radoxam ſcribit, eamque refutat Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 13.
num. 7. & ſeqq.* Revocationem Tranſmiſſionis ſemel decretæ à Judice fieri 248.
poſſe, ſtatuit Lancellot. *de Attentat. part. 2. dict. cap. 9. num. 19.* per *l. ad Principem. 22. ff. de Appellation.* Hoc verò Decretum aliter mutari non poteſt, 249.
niſi Pars, quæ Tranſmiſſionem petit, in ſolvendis Sportulis moroſa ſit,
Brunnemann. *ad dict. l. 22. ff. de Appellation. num. 2.* & *Proceſſ. Civil. dict. cap. 27.
num. 11.* vel utraque pars petat, ut ipſe Judex cognoſcat, vel etiam ap- 250.
pareat per calumniam, Tranſmiſſionem eſſe petitam, Brunnemann.
Proceſſ. Civil. dict. loc.
Ad Tranſmiſſionem non ſemper requiruntur Acta in Judicio à li- 251.
tigantibus in Scriptis reciprocis producta, cùm interdum Judex controverſiam, cum Partium conſenſu, maximè ſi de quæſtione quâdam Juris
tantùm controvertitur, brevibus comprehenſam ad Collegium Prudentum tranſmittere ſoleat, in unicâ tantùm Epiſtolâ ſcilicet interrogatoriâ,
dummodò illa antequam obſignetur, Partibus prælecta ſit, & ipſorum
Judicio approbata, Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 3. num. 10. cap. 4.
num. 1. lit. a.* & *cap. 6. num. 21.* ubi ſcribit, in hac Epiſtola præterea requiri, 252.
ut omnes ad quæſtionis deciſionem ſpectantes circumſtantiæ annotentur, & cum Partium prævio conſenſu, atque approbatione ritè
& cautè concipiatur.

CAPUT QUINTUM ET ULTIMUM.

De Relatione ex Actis facienda.

SUMMARIA.

1. *Relationis vox unde deducitur?*
2. *Referre quid ſit?*
3. *Relatio quid in Logica denotet.*
4. *Relationis vox quomodo ſumatur in Leg. penult. ff. de Juſtit. & Jur.*
5. *Relatio ſignificat qualemcunque Renunciationem, Recitationem, Narrationem, Commemorationem ſive Reportationem.*
6. *Recenſio Hiſtorica eorum quæ ſingulis Semeſtribus in Europa accidunt, Relatio vocatur.*
7. *Huc refertur Relatio Tabellarii, vel Nuncii, juſſu Judicis Citationem vel Mandatum inſinuantis.*
8. *De Nuncii jurati Relatione, quomodo fieri, & conſignari debeat, ac quatenus mentio Referenti credatur? remiſſivè.*
9. *Relatio denotat quoque rejectionem, uti eſt Relatio Juramenti.*
10. *Significat quoque Retributionem, Relationem ſive Retorſionem Criminis.*
11. *Relatio Criminis quid ſit?*
12. *De Retorſione Injuriarum verbalium, an & quatenus ea licita & permiſſa ſit, quemque effectum habeat? remiſſivè.*
13. *Relatio capitur quoque pro Denunciatione Criminis.*
14. *Quænam ſit genuina Sententia l. 14. & l. 7. Cod. de accuſation. & inſcription.*
15. *Delatores ſiſtendi ſint, illisque imponendum, ut fidem faciant ejus rei, quam detulerunt?*
16. *Ex ratione publici officii creditur Apparitori, Denunciatori, ſeu Officiali deputato ad perquirendum contravenientes Statutis & Edictis propter Juramentum Officiale.*
17. *Delatores ſeu Denunciatores, qui ex neceſſitate officii deferre debent Legum Contraventores, excuſantur, etiamſi crimen delatum non probent.*
18. *Relatio accipitur pro Actu, quo Judex de Jure dubitans cauſam refert Superiori, eumque conſulit, quid in judicando ſequendum ſit.*
19. *Hæc Relatio vocatur aliàs Conſultatio.*
20. *Hanc Relationem à Conſultatione differre ſtatuitur.*
21. *In quo differat.*
22. *Conſultatio ad genus Relationis ut ſpecies refertur.*

23. Eique

23. *Eique ſimilis eſſe dicitur.*
24. *Iſta Relatio utpote moram Judicis longiorem poſt cauſæ cognitionem & plures ſumptus afferrens per Novell. 125. ſublata eſſe ſuſtinetur.*
25. *Hæc Sententia videtur communiter recepta.*
26. *Iſtam Relationem per Novell. 125. non prorſus, ſed tantùm certis in caſibus ſublatam eſſe, Jureque Pontificio ſeu Canonico approbari ſtatuitur.*
27. *Hodie vicem iſtius Relationis præſtat Tranſmiſſio Actorum ad Facultatem Juridicam, vel Scabinatum.*
28. *In Jure occurrit Relatio, qua poſt Sententiam Judex, qui Appellationem non accepit, opinionem ſuam confeſtim manifeſtare debet per Apoſtolos Refutatorios.*
29. *De Apoſtolis Refutatoriis remiſſivè.*
30. *Hæc Relatio non eſt ſublata.*
31. *Eſt & Relatio, quæ à Judice poſt Appellationem receptam ad Judicem ad quem dirigenda.*
32. *Quæ ſit ſumma Leg. 24. Cod. tit. de Appellat. & Conſultat.*
33. *Relatio à Judice poſt Appellationem receptam ad Judicem ad quem dirigenda, debet eſſe clauſa atque obſignata.*
34. *Atque fit Sumptibus Appellantis.*
35. *Hoc Relationis genus per Novell. 125. non eſt ſublatum.*
36. *Dum exſpectatur requiſita à Judice inferiore Relatio, ille ipſe ſine vitio Attentati nihil innovare poteſt.*
37. *Relatio quoad materiam præſentem accipitur pro enarratione negotii controverſi, ſeu litis à Referendario, Aſſeſſore, Decano, Syndico, Senatui, Concilio, Judicio, Dicaſterio, Conſiſtorio, Collegio, &c. ad decidendum facta.*
38. *Vocari ſolet Relatio ex Actis, ſeu Actorum.*
39. *Relatio ex Actis quid ſit?*
40. *Sumitur vel latè, quatenus etiam Votum comprehendit, vel ſtrictè quatenus Voto opponitur.*
41. *Relatio Actorum latè dicta quid ſit?*
42. *Relatio vel eſt Cauſæ Criminalis, vel Cauſæ Civilis.*
43. *Relatio alia eſt Simplicis Querelæ, & primæ, alia ſecundæ Inſtantiæ.*
44. *Alia eſt Relatio, quæ Aſſeſſoribus imponitur, quodam Suffragii ferendi Jure.*
45. *Alia eſt Relatio, quæ Candidatis Aſſeſſoriis Examinis ſubeundi, & oſtendendæ in referendis diſceptandisque Controverſiis Forenſibus induſtriæ ſuæ gratia injungitur.*
46. *Ratio ſeu cauſa, ob quam Relatio ſive Modus Referendi ex Actis uſu receptus.*
47. *Approbatus atque introductus eſt in Camera Imperiali.*
48. *Qui ex Actis referunt, dicuntur Referendarii.*
49. *Aliàs Relatores.*

Q 3 50. Hodie

50. Hodie in Camera Imperiali vocantur Referentes.
51. Nomen hoc largè ſumptum, tribuitur quoque illis, qui de negotiis Statum Reipublicæ concernentibus, atque precibus ſupplicantium Principi referunt.
52. Propriè competit illis qui ſuper Actis referunt.
53. Hi Acta ſeu Proceſſus Juris à Citatione uſque ad concluſionem, à litigantibus exercitos & Judicis deciſioni ſubmiſſos, legunt, & de illis ſuis Collegis ad Sententiam concipiendam referunt.
54. Tales Referendarii reperiuntur in omnibus Judiciis, Dicaſteriis, Conſiſtoriis, Academiis, Collegiis JCtorum & Scabinatibus.
55. Aliquando certæ Perſonæ titulum Referendariorum habent, hocque Munere funguntur.
56. Et quidem Juniores in Collegiis.
57. Aliquando illud officium habent etiam reliqui Collegæ, vel Aſſeſſores, ordine ſucceſſivo.
58. Judex vel Decanus excipitur, Suffragium habens concluſivum.
59. Quibus competat poteſtas conſtituendi Referendarios.
60. De Requiſitis eorum.
61. De eorundem Vocatione & Juramento.
62. In Camera Imperiali ex Actis referunt Aſſeſſores, juxta ordinem à Judice Cameræ ipſis aſſignatum.
63. De Aſſeſſoribus, remiſſivè.
64. In Judicio Cæſaris Aulico referunt, qui ex Conſiliariis Aulicis à Præſide ad hoc denominantur.
65. Quomodo differant Referendarii Sacri Palatii, & illi qui in Camera Imperiali ſunt.
66. Munus referendi ſolet pro diverſis Collegii Statutis, vel Moribus, interdum duobus, vel etiam pluribus, utplurimum verò uni tantùm deferri.
67. In Camera Imperiali duo eſſe debent, qui Acta ſucceſſivè perlegant, & poſtea ex illis referant, eorumque unus Referens, alter verò Correferens vocatur.
68. Idem ordinatum eſt in der Reichs-Hof-Raths-Ordnung.
69. Ubi cauſa controverſa ad litigantes diverſæ Religionis pertinent, Referentes quoque & Correferentes ex Conſiliariis diverſæ Religioni additis deſignandi & deſumendi ſunt.
70. Referentes non debent manifeſtari.
71. Quid ſi Referens vel Correferens à Partibus exploratus vel manifeſtatus fuerit?
72. Relatio ex Actis fit reliquis Membris Collegii.
73. In Camera Imperiali Aſſeſſoribus in Senatu.
74. De Ordinatione Senatus remiſſivè.
75. In Conſilio Imperiali Aulico Relatio fit Conſiliariorum Conſeſſui.
76. Objectum Relationis, ſeu Materia ſunt Cauſæ Forenſes, ſive Acta, ad referendum diſtributa.

77. Ante-

77. Antequam Acta ad referendum diſtribuantur, in Conſilio Imperiali Aulico à Protonotario videndum, an illa ſint completa, num omnia Producta notata, & Numeris ſignata, atque poſtea in præſentia Partium inrotulanda.
78. In Camera Imperiali Acta, nonniſi completa, diſtribuenda.
79. Acta complere in Camerali Jure, quid ſit?
80. Quomodo & quo ordine Acta ad referendum diſtribuenda ſint à Judice in Camera?
81. Atque in Conſilio Imperiali Aulico à Præſide.
82. Poſtquam Acta diſtributa, ab Aſſeſſoribus referenda ſunt.
83. Acta debent ab ipſo Referendario legi diligentiâ accuratiſſimâ.
84. A capite ad calcem, nullo omiſſo, non retrò incipiendo, vel in medio quædam ſeligendo.
85. An Referendarius utraque Acta, Ordinis ſcilicet & Cauſæ perlegere, & ad ea in Conceptione Sententiæ attendere debeat?
86. De Actis ad Proceſſum ſpectantibus nulla eſt dubitatio.
87. In iis forma conſiſtit.
88. Acta cauſæ ubi Judex de facto informatur omninò perlegenda ſunt.
89. Allegationes Juris ut obſerventur, neceſſe non eſt.
90. Judex Jus per ſe ſcit & cognitum eſt Prudentibus.
91. Judex non debet nimis credere Allegationibus Advocatorum.
92. Commodum tamen aliquando videre quæ opinio meliori Jure ſubnixa ſit.
93. Hoc maximè obtinet in Conſiliis vel Informationibus Juris à Facultate Juridica petitis.
94. Conſilia ſeu Informationes Juris neque in referendo, neque in votando attenduntur.
95. Niſi quatenus Actis principalibus, & Facto in iis conformes reperiuntur.
96. Quare Lectio Actorum non fiat in Jure, ſive Judicio?
97. Acta Cauſarum prius concluſarum, prius quoque referenda.
98. Eo in ordine quo Referenti diſtributa.
99. Niſi cauſa Spolium concernat, vel aliàs privilegiata ſit.
100. Ad cauſas privilegiatas pertinent Cauſæ fractæ Pacis, Eccleſiarum, Procho-Xenodochiorum &c.
101. Graves Cauſæ Exemptionum etiam ante omnes expediendæ, leviores verò atque aliæ Fiſcales ante cauſas privatas expediri debent.
102. Quod in Cauſis Collectarum Imperii atque Contributionum Turcicarum obtinet.
103. Quo ordine in Conſilio Imperiali Aulico Acta referantur & expediantur?
104 Intra quod tempus Acta ad referendum data perlegi & referri debeant.
105. Modus Referendi alius eſt in Civilibus, alius in Criminalibus.
106. Alius in Cauſis Simplicis Querelæ, ſive primæ Inſtantiæ, alius in Cauſis Appellationis ſeu ſecundæ Inſtantiæ.
107. Alius idem in Cauſis Feudalibus.

108. In

108. *In Forma Relationis ſeu Modo Referendi ex Actis in Cauſis Civilibus primæ Inſtantiæ ante omnia videndum: an Perſonæ, qui Judicium conſtituunt, ſive in eo interveniunt, habiles ſint.*

109. *Ut Sententia concipi poſſit primò conſtare debet num geſta in Judicio Jure valeant?*

110. *Perſonæ Judicium conſtituentes ſunt vel principales vel acceſſoriæ, ſive adjuvantes.*

111. *Principales, Judex, Actor & Reus.*

112. *Ad Perſonas acceſſorias vel adjuvantes pertinet Procurator.*

113. *Actor & Reus habiles dicuntur quando legitimam Perſonam ſtandi in Judicio habent.*

114. *Quinam legitimam Perſonam ſtandi in Judicio habeant vel non?*

115. *Procuratores quod attinet, diſpiciendum an debito modo ſeſe legitimaverint?*

116. *Utrum à talibus conſtituti ſint, qui Procuratores conſtituere queant?*

117. *An ipſi Procuratores conſtitui non prohibeantur?*

118. *Num ſufficiens Procuratorium exhibuerit?*

119. *Quodnam ſit ſufficiens Mandatum.*

120. *De Mandato Procuratorio ejusque Forma & Requiſitis.*

121. *Formula Mandati Procuratorii ex parte Actoris & ex parte Rei hodie uſitata.*

122. *Quomodo Mandata Procuratoria hoc tempore in Camera Imperiali formata eſſe debeant?*

123. *Eorundem Formula.*

124. *Punctus hic legitimationis dicitur.*

125. *Qui planè non habent Mandatum aut non ſufficiens ad cauſam, aut denique revocatum dicuntur falſi Procuratores.*

126. *Exceptio falſi Procuratoris etiam poſt Sententiam opponi poteſt.*

127. *Si hujusmodi Exceptio poſt Sententiam opponatur, cenſetur initio & poſt Litis conteſtationem oppoſita eſſe.*

128. *Referens Acta ad manus ſumens omnium primò diligenter exhibita Procuratoria conſiderare debet, utrum illa ſint ſufficientia nec ne.*

129. *Id de Exceptione:* Tu non es Procurator, quia Mandatum non habes; *vel* quia es furioſus, infans, ſervus &c. *demum eſt intelligendum.*

130. *Exceptio,* tu es Minor, Fœmina, Miles &c. *ante Litis conteſtationem inferri debet.*

131. *Falſi Procuratoris geſta etiam poſt Sententiam à Domino in ſui favorem ratificari poſſe, ſtatuitur.*

132. *Contraria Sententia verior ac probabilior judicatur.*

133. *Judex habilis dicitur, ſi, quoad cauſam jam decidendum fundatus ſit in Juriſdictione.*

134. *Poſt Procuratoria conſiderata, Judicis quoque Perſona omninò conſideranda venit.*

135. *Juriſdictio Judicis coram quo Reus convenitur ante omnia fundanda eſt.*

136. *Viden-*

136. *Videndum an ille Jure non prohibeatur eſſe Judex.*

137. *An etiam in præſenti cauſa jam decidenda poſſit eſſe Judex.*

138. *Si Cauſa eſt Spiritualis, eam Judex Secularis decidere prohibetur & contra.*

139. *Ubi quisque agere vel conveniri debeat.*

140. *De Judice competente.*

141. *De Foro competente & incompetentiæ exceptione.*

142. *Referens perpendere debet, utrum Proceſſus legitimo, an verò inverſo ordine inſtitutus ſit, aliove vitio circa Subſtantialia laboret?*

143. *An Reus legitimè ſit citatus?*

144. *De Citatione ejusque neceſſitate & Requiſitis, remiſſivè.*

145. *An Libellus ritè conceptus in Judicio ſit productus.*

146. *De Libello, ejusque oblatione, remiſſivè.*

147. *Num Lis conteſtata?*

148. *De Litis conteſtatione, remiſſivè.*

149. *An Juramentum Calumniæ exactum & præſtitum?*

150. *Referens, ſi ex Protocollo comperiatur, exacto non verò præſtito Calumniæ jurejurando, hinc inde fuiſſe concluſum, ex officio reſcindere concluſionem, partique, ut id præſtet per Interlocutoriam injungere debet.*

151. *De Juramento Calumniæ, remiſſivè.*

152. *An debito modo in cauſa concluſum?*

153. *Referens inprimis perpendere debet factane ſit concluſio purè, vel cum oblatione, ſi quid facti.*

154. *An exhibitorum Probatoriorum, aliorumque Documentorum recognitio facta?*

155. *De Concluſione Cauſæ ejusque effectu, remiſſivè.*

156. *De Inſtrumentorum recognitione vel jurata diffeſſione, remiſſivè.*

157. *Si procedendi modus ritè & legitimè obſervatus invenitur, tunc Referens debet ad Merita Cauſæ procedere.*

158. *Jus eſt in cauſa poſitum.*

159. *Ex re conſtituendum.*

160. *Minima Facti circumſtantia, & modica diverſitas magnam Juris diverſitatem parit.*

161. *Referens debet Caſum ſeu Speciem Facti rectè conſtituere.*

162. *Ex univerſis ſcilicet Actis ad referendum traditis, inſtitutæ Actionis Libello, & præcipuè ejusdem concluſione, oppoſitaque illius exceptione, atque reliquis eorum partibus, ſumma cum attentione perlectis, eruere.*

163. *Et quidem ſuccinctè, dilucidè tamen.*

164. *Per Extractum ſcripto comprehenſum.*

165. *Sive per Narrationem vel Propoſitionem ſummariam.*

166. *In Camera Imperiali omnes Relationes plerumque Latino Idiomate fieri debent.*

R 167. *Viden-*

167. *Videndum & referendum, quænam Actio intentata aut inſtituta ſit.*
168. *In ea indaganda ſumma ratio & præcipua cura eſſe debet.*
169. *Si, qualis ſit Actio inſtituta, ignoratur, nihil aptè de lite proferri vel judicari poteſt.*
170. *Ad inveſtigandum & cognoſcendum Actionis inſtitutæ genus, non tam Narratio Facti attenditur.*
171. *Quàm Libelli Concluſio ſeu Petitio Actoris reſpicitur.*
172. *Concluſio regulat, ampliat, & determinat totam Actionem, ac ab ea Narratio reſtringitur.*
173. *Actionis qualitas concluditur ex medio concludendi.*
174. *Si in Libello certa Actio non expreſſa, neque inde elici queat, atque ita dubium, quænam inſtituta fuerit, ex Narratis verò Libelli, ſeu aliunde conſtet, Actorem diverſis Actionibus agere potuiſſe, tunc ab eo propoſita videtur, & eligenda eſt, quæ dictis Narratis convenientior, & Actori utilior erit.*
175. *Maximè quando Clauſula Salutaris:* **Uber dieſes alles und was ſonſten &c.** *adjecta fuerit.*
176. *De hujus Clauſulæ effectu, remiſſivè.*
177. *Si quis in Libello ſe ad plura adſtringat, & tamen unum ſufficiat ad victoriam cauſæ, Referens id eligere debet.*
178. *In dubio ea Actio intelligitur intentata, quæ facto controverſo melius applicari poteſt.*
179. *Actionum complurium ex uno facto ortarum exempla, remiſſivè.*
180. *Erutâ Actione indagandum & obſervandum utrum neceſſaria intentatæ Actionis requiſita adſint.*
181. *De Requiſitis Actionis.*
182. *Item, an intentio Actoris ejusque Subſtantialia ſufficienter, & quomodo probata?*
183. *Requiſito etiam unico deficiente, vel omnium Requiſitorum unico ſufficienter non probato, Reus ab inſtituta Actione abſolvendus erit.*
184. *Niſi Requiſitum adeſſe ipſo Jure præſumatur.*
185. *Non ſemper omnia Actionis intentatæ Requiſita ab Actore probanda, ſed quædam ex Juris præſumptione, tamdiu probata cenſetur, donec Reus contrarium probaverit.*
186. *De Probationibus, remiſſivè.*
187. *Quando & quid Actor probare teneatur vel non.*
188. *Quomodo probare poſſit, remiſſive.*
189. *Quando ex Actis apparet, Actoris intentionem, ob deficientem Probationem neceſſariam non eſſe fundatam, haud opus eſt, ut de Rei Defenſionibus operosè diſpiciatur, niſi eventualiter.*

190. *Sicut deficiente Probatione ille, cui probandi onus incumbit, ſuccumbit & Adverſarius obtinet; ita Actore non probante, Reus, etſi nihil præſtiterit, abſolvi debet.*
191. *Quando Actionis Requiſita ab Actore legitimè probata, inquiri debet, an Actio ſic probata, per Rei Exceptiones ſit eliſa, vel non.*
192. *De Exceptionibus Dilatoriis, & quando proponendæ, remiſſivè.*
193. *De Peremptoriis, remiſſivè.*
194. *Num Actio probata per Rei Exceptiones ſit eliſa, colligitur ex Defenſionalibus, ſeu Articulis Rei eliſivis.*
195. *Ad Eliſionem requiritur, ut Exceptio ſit relevans.*
196. *Et ſufficienter probata.*
197. *Reus tenetur probare Exceptionem ſuam.*
198. *Referens Actoris & Rei Rationes, Probationes, Juriumque Allegationes conferre & perpendere debet, ut eorum melioribus firmioribusque Rationibus nitatur.*
199. *Si Exceptio juſta videatur, inique tamen Actori noceat, per Replicationem eliditur.*
200. *Replicationem Actor probare cogitur.*
201. *Interdum contingit, ut Replicationi opponatur Duplicatio.*
202. *Duplicationem aliquando Triplicatio enervat.*
203. *Triplicationem Quadruplicatio excipit.*
204. *Contra Quadruplicationem datur Quintuplicatio.*
205. *Allegationes & Nomina multiplicari ulterius poſſunt, quando ſcilicet vel Actor habet, quæ objiciat ad intentionem ſuam in facto confirmandam, vel Reus ad Exceptionem in facti fide ſtabiliendam.*
206. *Exempla harum ultimarum Allegationum non facilè in Jure Civili reperiuntur.*
207. *Republicæ intereſt litium occaſiones præcidere.*
208. *Jure Canonico unus Terminus præfinitur omnibus Exceptionibus Dilatoriis.*
209. *Ante litem conteſtatam opponendis.*
210. *Ordinatione Cameræ poſt litem conteſtatam Rei jubentur omnes Exceptiones Peremptorias uno Termino ſimul & conjunctim proponere, vel ſaltem priusquam Dilatio ad probandum detur Actori, niſi quæ poſt Terminum competere cœperit, vel antea ignorata fuerint, idque Reus Juramento teſtatum faciat.*
211. *Hoc repetitum in Receſſu Imperii de Anno 1654.*
212. *In Camera Imperiali in Dilatoriis ultra Duplicationem non proceditur.*
213. *In Peremptoriis contradictio Triplicationem non excedit.*
214. *Judex ad numerum non eſt præcisè alligatus, ſed cauſa cognita poteſt vel arctiorem diſputationem concedere, vel etiam reſtringere.*
215. *Hodie in nulla cauſa ultra Duplicas ſine ſpeciali permiſſu Judicis progredi licet.*
216. *Triplicare prohibitum eſt.*

217. *Tandem Referens dicere debet, quid in cauſa pronunciandum, & quomodo Sententia ſit concipienda.*
218. *Si in Jure controverſia exiſtit, Judex aut Referens obſervare debet, ne aliter judicet, quàm invenitur ſtatutum & introductum Loci Statutis & Moribus.*
219. *Et in eorum defectu, quod ſancitum Jure Communi Cæſareo.*
220. *Etſi nec hoc ſuggerat certam deciſionem, quod proditum receptioribus Dd. Sententiis.*
221. *Poſtremò Referens memoret, utrum Expenſæ juſtis ex cauſis compenſanda, an verò alterutra pars in eas condemnanda ſit.*
222. *De Expenſis, remiſſivè.*
223. *Modus Referendi in compendio.*
224. *Duplex eſt Modus Referendi, unus communiter obſervari ſolitus, alter ſtrictior.*
225. *Communis conſiſtit in propoſitione caſus, ſeu Specie Facti & Actorum ad illud applicatione.*
226. *Caſus ſeu Species Facti ex Libello Actoris inveſtigari poteſt.*
227. *Cognita Specie Facti ad Actorum applicationem ſit progreſſus.*
228. *Referendarius reſpicere debet, an Acta conveniant facto, & quid Juris ſit in illo Facto?*
229. *Referendarius debet attendere, quâ actione Actor egerit, & an illa ſit negotio propoſito conformis.*
230. *Referendarii Officium eſt, ut probè ea examinet, quæ ad differendum Judicium, & evitandam Litis conteſtationem à Reis objici ſolent.*
231. *Principalis diſputatio eſt de Conſtitutione Procuratoris, in competentia Fori, & Cautionibus.*
232. *Porrò ad Litis conteſtationem pervenitur.*
233. *Deinde ad Probationes.*
234. *Referendarius diligenter inquirere debet, an intentio Actoris per Defenſionales vel Probationes Rei eliſa fuerit.*
235. *Si ſuper his benè deliberavit Sententia concipienda, & Expenſarum ratio habenda.*
236. *De Modo referendi ſtricto.*
237. *In Cauſis ſecundæ Inſtantiæ ſeu Judicio Appellationis Referens inquirit, uti in cauſis primæ Inſtantiæ, inhabilitatem & legitimationem Perſonarum litigantium.*
238. *De Cauſis ſecundæ Inſtantiæ, ſeu Judicio Appellationis, remiſſivè.*
239. *An Procuratores habeant ſufficientia Mandata.*
240. *In Juriſdictionem Judicis Appellationis, num ea fundata ſit, inquirendum.*
241. *Formalia Appellationis examinanda.*
242. *Videndum utrum appellatum legitimo ordine, gradatim, num per ſaltum, non intermiſſo medio, aut ad proximum ſuperiorem.*

243. *De*

243. *De Appellatione omiſſo intermedio ad ſuperiorem facta, an, ubi & quatenus valeat, vel ſubſiſtat, & quomodo cauſa remittatur, ad quem oportuit primò appellaſſe, remiſſivè.*
244. *Ad eſſentiam Appellationis non pertinet, ut gradatim fiat.*
245. *Appellans ignoranter & ex errore, intermedio omiſſo, exceptione Ordinis Incompetentiæ removendus eſt.*
246. *Appellatio deſerta redditur, ſi non gradatim, ſed ad Judicem vel Minorem appellatum.*
247. *Videndum quoque, an Appellatio intra debitum tempus interpoſita, & legitimo tempore introducta.*
248. *Hæc partim ex Inſtrumento Appellationis, partim ex Protocollo videri poſſunt.*
249. *De Fatalibus Appellationis interponendæ, remiſſivè.*
250. *An non obſervato Decendio, Appellatio non interpoſita reddatur deſerta. Affirm. Gail. & Mynſing.*
251. *Refutantur.*
252. *Facultas interponendæ Appellationis poteſt dici deſerta.*
253. *De Apoſtolis.*
254. *Secundùm Ordinationem Cameræ Imperialis hodie non ſunt de ſubſtantia vel neceſſitate Appellationis, ſed impune & pro arbitrio Appellantis omittuntur.*
255. *Quando Appellans neglexit petere Apoſtolos, Appellatio efficitur deſerta.*
256. *De Fatalibus præſentandæ & introducendæ Appellationis, remiſſivè.*
257. *In Camera Imperiali hoc Fatale abſolvitur ſex Menſibus, quorum ſinguli triginta dies complectuntur.*
258. *Quod in Conſtitutione & Receſſu Imperii Ratisbonenſi eatenus immutatum, ut neceſſum ſit, per Appellantem intra quadrimeſtre Proceſſus Appellationis peti, & parti appellatæ intra idem illud tempus ſub pœna deſertionis inſinuari.*
259. *Tempore introducendæ Appellationis non obſervato, deſerta eſt Appellatio.*
260. *De Exceptione Deſertionis, remiſſivè.*
261. *De Fatalibus Appellationis proſequendæ, ſive juſtificandæ, remiſſivè.*
262. *Deſerta quoque dicitur Appellatio, quando Appellans eam legitimo tempore non proſequitur.*
263. *In Supremo Prætorio Camerali ultimum hoc Fatale non attenditur.*
264. *Perpendendum quoque num legitimo modo appellatum.*
265. *Appellatio deſerta redditur, ſi viva voce appellatum, ubi in Scriptis appellandum erat.*
266. *Referens in Materialibus expendere & diſpicere debet, quod & quale negotium in Judicium deductum ſit.*
267. *An Cauſa ſit Criminalis, à qua ad Cameram appellare non licet.*
268. *Vel Matrimonialis, quæ neque per viam Simplicis Querelæ, neque per viam Appellationis ad Cameram ſpectat.*

269. *Legi-*

269. *Legibus & Statutis interdum certa Summa appellabilis continetur.*
270. *Hæc ad materiam ſeu materiale Appellationis pertinet.*
271. *In cauſa 50. Florenis Rhenenſibus minore ad Supremum Prætorium Imperiale appellari nequit.*
272. *Hæc Summa poſtea aucta eſt Anno 1570. ad 150. Florenos in Comitiis Spirenſibus.*
273. *Atque iterum in Receſſu Deputationis Anno 1600. ad 300. Florenos.*
274. *Atque tandem in Receſſu Imperii noviſſimo ad 400. Imperiales redacta.*
275. *In Cauſis Appellationum, ſi has deſertas, vel non devolutas eſſe, ex Actis appareat, Judex ſuperior easdem deſertas ſeu non devolutas pronunciare tenetur.*
276. *An ritè appellatum, ut etiam: an Juriſdictio Judicis Appellationis fundata ſit, ex Inſtrumento Appellationis ſeu Actis primæ Inſtantiæ conſtat?*
277. *Si hic appareat defectus, quomodo pronunciari ſoleat?*
278. *Quando Juriſdictio Judicis Superioris fundata eſt, videndum ulterius, an qua Nullitas in peiori Inſtantia commiſſa fuerit.*
279. *Cauſa Appellationis devolvit Nullitatem, adeò ut Judex ex officio eam attendere debeat, licet ab Appellante allegata non ſit.*
280. *De Cauſis Nullitatum, an devolvant cauſas principales, remiſſivè.*
281. *Quando ſive intra quod tempus remedium Nullitatis hodie inſtituendum, remiſſivè.*
282. *Excuſſâ Nullitate Merita Cauſæ principalis examinanda ſunt, & ex Actis prioris Inſtantiæ & novis deductis de Sententiæ æquitate judicandum & ſpectandum, num Judex prior benè vel malè judicaverit.*
283. *Hic Referentis eſt diligenter inquirere, in Actionem prius intentatam, ejusque Probationes & Eliſiones Rei.*
284. *Item, quod in ſecunda Inſtantia à Partibus ultra ea, quæ in prima Inſtantia deducta fuerunt, de novo allegatum & probatum ſit. Itemque an novæ cauſæ ita ſint relevantes, ut à ſuperiore Judice confirmari, vel infirmari, vel ſaltem reformari poſſit ac debeat Sententia prior.*
285. *Hoc Examen commodius fieri non poteſt, quàm ſi ſecundùm Requiſita intentatæ Actionis procedatur, & Gravamina ac Probationes partis appellantis, deinde appellati Defenſiones & Exceptiones trutinâ Juſtitiæ librentur.*
286. *Sententia Judicis à quo interdum ſolùm reformatur: item, poteſt Sententia per Judicem ad quem pro parte confirmari & pro parte nulla declarari.*
287. *In Appellationis Sententia Expenſarum quoque ratio habenda eſt.*
288. *Si Appellatus ſuccumbit, is non condemnatur in Expenſas, ſed eæ compenſandæ ſunt.*
289. *Si vincat & Appellans ſuperetur, indiſtinctè Victori omnes Expenſæ adjudicantur.*
290. *Quando Appellans renunciat Appellationi, & res non eſt integra, ſed aliqui Sumptus ab Appellato facti ſunt, hos illi reſtituere debet Renuncians.*
291. *Deſerens Appellationem nullâ ratione à refuſione Expenſarum ſeſe excuſare poteſt.*

292. *Modus*

292. *Modus Referendi ex Actis ſecundæ Inſtantiæ compendioſus.*
293. *Alia forma, vel modus per compendium ex Actis referendi.*
294. *In Cauſis Criminalibus Referens debet videre, num obſervata ſint Formalia Proceſſus Criminalis Jure ſcripto vel Conſuetudine introducta.*
295. *De Cauſis Criminalibus eorumque Proceſſu, remiſſive.*
296. *Accuſatoris intentionem ac Rei Defenſiones, utrorumque etiam Probationes examinare tenetur Referens, & videre num aliqua & qualis pœna locum habere queat.*
297. *Officiales ex Officii neceſſitate accuſantes in Expenſas & Damna non condemnantur, quamvis Reus abſolvatur, niſi de eorum calumnia conſtet.*
298. *In Cauſis Feudalibus idem Referendi Modus, qui in aliis cauſis obtinet, regulariter ſervandus.*
299. *De Judicio Cauſarum Feudalium, remiſſivè.*
300. *In Cauſis Feudalibus præterea inſpicienda Inveſtitura, & Pacta ei appoſita.*
301. *Item ſi caſus tenore Pactisve Inveſtituræ non decidatur, obſervandum Jus particulare ſeu ſpecialis Conſuetudo ſingulorum locorum.*
302. *Familiarum aut Perſonarum.*
303. *Conſuetudo ſpecialis loci derogat Conſuetudini Feudorum generalium.*
304. *Si Jus particulare Locorum varium ſit, ex eo prævalet, quod magis ſpeciale ſeu proprium eſt.*
305. *Si alia ſit Conſuetudo vel Jus in Provincia, ubi Curia Domini ſita, alia ipſius Curiæ Dominicæ, alia & Loci ubi Contractus eſt initus, alia denique, ubi Res Feudalis exiſtit, cujus Loci Jus ſit obſervandum?*
306. *Attendenda eſt particularis Conſuetudo Loci, ubi res ſita.*
307. *In iis ſcilicet, quæ ipſam Rem Feudalem concernunt.*
308. *In iis quæ Contractum Feudalem & Solemnitates ipſius reſpiciunt, obſervandum Jus illius Loci, in quo Contractus celebratus eſt.*
309. *Licet in Curia Domini aliud Jus obtineat, niſi ſpecialiter ſtatutum aut introductum fuerit, idem Jus in omnibus Feudis, vel etiam in Contractibus Feudalibus, quod in Curia Domini ſervatur, ſervandum eſſe.*
310. *Conſuetudine ſpeciali non exſtante decurrendum ad generales Conſuetudines & Uſus Feudorum.*
311. *Quando caſus in Jure Feudali expreſſè deciſus non reperitur, neque bonâ aliquâ argumentatione & ratione per legitimam conſequentiam hoc ad illum applicari poteſt, confugiendum eſt ad Leges Romanas, ſive Jus Civile.*
312. *Vel etiam Canonicum.*
313. *Omnibus hisce deficientibus locus datur variis argumentis.*
314. *Quis ſit finis & effectus Relationis ex Actis.*

315. *Ante-*

315. *Antequam Sententia formetur, caſus propoſitus cum omnibus ſuis circumſtantiis, Rationibus dubitandi & decidendi Aſſeſſoribus & Collegis Judicii à Referendario ſolet offerri, ut ipſorum Vota audiat, & communi conſenſu concludatur, quid ſtatuendum ſit.*
316. *Adhibenda ſunt Vota omnium Aſſeſſorum.*
317. *Si quidam abſentes ſunt, vel tantùm unus, cæteri non poſſunt judicare.*
318. *An in Votis dandis incipiendum ſit à Senioribus, an verò à Junioribus?*
319. *Mores ſuſtinent prius; ſed ratio poſterius.*
320. *Noviſſimè recepti non liberè ſua Vota dicunt, nec Senioribus facilè obloquuntur.*
321. *Vota debent ordine decente ac induſtriâ fieri, & poſthabita omni ſuperfluitate ac inutili protelatione maturari.*
322. *Interloquendo, circumambulando, legendo, ſcribendo, aut alia negotia tractando non impediri.*
323. *Neque Relationibus Definitivarum Interlocutoriæ, aut Supplicationes immiſceri.*
324. *Referens non debet Votum ſuum latè deducere.*
325. *Si Votans cum Referente vel Correferente conſentiat, id indicare tenetur per verbum* placet.
326. *Vel in modum circiter ſequentem*, ſe conſentire cum Referente, velle cum illo concludere.
327. *In Votando & Sententia ferenda Religio non eſt attendenda.*
328. *Statur regulariter pluralitati Votorum.*
329. *Licèt Collegæ dignitate ſint impares, & unus altero fortè ſuperior.*
330. *Votorum pluralitas in Cauſis Religionis & Collectarum non attenditur.*
331. *Ubi paria ſunt Vota in ordinariis Judiciis & Collegiis, ſtatur ei Sententiæ cui Præſes, Director Judicii, vel Judex aſſenſerit.*
332. *Vel illa Summa retinetur, quæ minor.*
333. *Vel ea Sententia, quæ pro Reo militat.*
334. *Niſi favor Cauſæ, vel Perſonæ aliud velit.*
335. *Uti Libertatis.*
336. *Alimentorum.*
337. *Teſtamenti.*
338. *Viduæ, Pupilli, Eccleſiæ, piæ cauſæ, ſontico morbo laborantium, Fiſci, & ſimilium.*
339. *Hæc obtinent, niſi Sententia, quæ pro favore ſtat, manifeſtè ſit iniqua.*
340. *Si Judices delegati ſeu dati diſcordantes ſint, Sententia in ſuſpenſò eſt, & delegantis declaratio requiritur.*
341. *In Arbitris neutra Sententia habet vigorem.*
342. *Privatâ Conventione conſtituti non habent Superiorem, qui ſuâ auctoritate alterutram Sententiam confirmare poſſit.*
343. *De Sententiæ Conceptione, ejusque Requiſitis, remiſſivè.*

Relatio-

RElationis vox deducitur à verbo refero; ſicuti ergò hoc plurimos 1.
habet ſignificatus, Calepin. *in Lexico verb. Refero.* Joh. Philipp. Ebel. *in Hermet. Logic. Dieterichian. de Relatione.* Franciſc. Stypmann. *in tractat. de Referendar. & eor. offic. in legend. Act. cap. 1. num. 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 72.*
ubi ſubjungit: *Referre, hoc loco nihil aliud eſſe, quàm rem aliquam, vel negotium* 2.
cum ſuis circumſtantiis ad decidendum proponere; ita & illa variis modis ſumitur, & denotat
(1.) Comparationem, χέσιν, ſive habitudinem minus ad aliud, & 3.
hæc Relatio ad Logicam ſpectat, Joh. Philipp. Ebel. *dict. loc.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 1. num. 42.* Huc pertinet Relatio, cujus meminit 4.
JCtus *in l. penult. ff. de Juſtit. & Jur. Prætor quoque Jus reddere dicitur, etiam cùm inique decernit, Relatione ſcilicet factâ non ad id, quod ita Prætor fecit, ſed ad illud, quod Prætorem facere convenit.*
(2.) Significat in genere qualemcunque Renunciationem, Recita- 5.
tionem, Narrationem, ſive Commemorationem, aut Reportationem, Juſtin. *Hiſtor. lib. 2.* ibi: *Is Relatione rerum à Scythis geſtarum.* Joh. Philipp. Ebel. *in Hermet. Logic. Dieterichian. dict. loc.* Stypmann. *in dict. tractat. de Referendar. cap. 1. num. 22.* atque hoc modo eorum, quæ ſingulis Semeſtri- 6.
bus in Europa accidunt, Recenſio Hiſtorica, Relatio vocatur, Joh. Philipp. Ebel. *dict. loc.* Huc referri poteſt Relatio Tabellarii, vel Nuncii juſſu 7.
Judicis Citationem vel Mandatum inſinuantis, Cammer-Gerichts-Ordnung zu Worms *Anno 1521.* aufgerichtet/ *tit.* Die Cammer-Gerichts-Botten betreffend ꝛc. *18.* §. Item, die geſchworne Botten ſollen ꝛc. *1. verſ.* Und ſollen ſolche die Relation dem Gericht/ oder Gericht-Schreiber getreulich ſelbſt thun ꝛc. Erneuerte Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno 1555. part. 1. tit. 37.* §. Und alßbald ꝛc. *7. verſ.* Seine Relation thun ꝛc. *&* §. *ult.* Und ſollen ſonſt die Botten ꝛc. *verſ.* Derhalben gründliche und eigentliche Relation ſelbſt thun ꝛc. *tit. 38.* §. Und ſoll der Bott in einem jeden ꝛc. *5. verſ.* Eigentlich in ſeine Relation ſchreiben ꝛc. §. Nachdem auch bißher etliche Botten ꝛc. *21. verſ.* Mündliche Relation und Bericht thun. Naſſau-Catzenelnbogiſche Gerichts-Ordnung *cap. 2.* §. *1. verſ.* Da doch aus den Actis die Relation des Gerichts-Knechts ꝛc. *pag. 4.* & *pag. 30. num. 3.*
verſ. Sondern auch bey dem Gerichts-Tag die gethane Relation &c. De 8.
hac Nuncii jurati Relatione, quomodo fieri & conſignari debeat, ac quatenus Nuncio referenti credatur? vid. Cardinal. Tuſch. *Practicar. Concluſ. Jur. tom. 6. lit. R. concluſ. 122. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & ſeq.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 3 num. 37. & 38.* Richter. *in Expoſition. Authentic. ad Authent. Novo Jure. Cod. de Relation.* Johan. Georg. Nicolai *Proceſſ. Judiciar. part. 1. cap. 5. de Relatione Nuncii, num. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeqq.* Naſſau-

S Catzen-

Catzenelnbogiſche Gerichts - Ordnung cap. 2. dict. §. 1. verſ. Nun iſt
aber ꝛc.
9. (3.) Denotat Rejectionem, eine Zurückweiſung / Wiederheimſchie-
bung / uti eſt Relatio Juramenti, in l. jusjurandum. 34. §. cùm res. 9. verſ. ex
Relatione, non jurante Actore, Reus abſolvitur. ff. de Jurejurand.
10. (4) Significat Retributionem, Relationem ſive Retorſionem Cri-
11. minis, Cicero de Inventione Rhetoric. Relatio Criminis eſt, cùm ideò Jure
factum dicitur, quod alius ante injuriâ laceſſerit. Huc pertinet, quod
in l. 5. princ. ff. de publ. Judic. ſancitum: Si qui Reus factus eſt, purgare ſe
debet, nec ante poteſt accuſare, quàm fuerit excuſatus, Conſtitutioni-
bus enim obſervatur, ut non Relatione Criminum, ſed Innocentiâ Reus
12. purgetur, Stypmann. dict. cap. 1. num. 35. 36. 37. & 66. De Retorſione Inju-
riarum verbalium, an & quatenus ea licita atque permiſſa ſit, quemque
effectum habent? vid. Gail. lib. 1. obſervat. 100. Mynſing. centur. 5. obſervat. 17.
Fachine. lib. 9. Controverſ. Jur. cap. 12. Wurmſer. obſervat. 4. Tulden. ad tit. Cod.
de Injur. num. 4. Harpprecht. ad §. 12. Inſtitut. de Injur. num. 75. & 93. Finckel-
thauſ. obſervat. 37. Berlich. part. 1. concluſ. 64. Carpzov. in Pract. Criminal. part. 2.
quæſt. 97. num. 22. & ſeqq. Wiſſenbach. in Diſputat. Jur. Civil. 4. theſ. 4. & in
Exercitat. ad Pandect. diſputat. 3. theſ. 4. Mejer. in Colleg. Argentorat. tom. 3. tit.
de Injur. theſ. 14. & ſeqq.
13. (5.) Capitur pro Denunciatione Criminis, ut in l. 14. Cod. tit. de accu-
ſation. & inſcription. Singuli univerſique Judices cognoſcant in publicis Criminibus non
oportere emendicatis uti ſuffragiis Decretorum, aut Relationibus à publicis Perſonis de-
ſtinandis credere, ſed rei veritatem inquirere. jung. l. 7. eod. ibique Brunneman.
14. ubi ſcribit ſecundùm Salicet. & alios, hanc eſſe veram hujus Legis ſen-
tentiam: Quod quando Irenarcha vel Stationarius ex officio, aut alius
etiam denunciat Judici delictum, non opus ſit inſcriptione, cùm De-
nunciator non ſit Accuſator, ſed tantùm viam muniat Proceſſui Inqui-
ſitionis, Carpzov. Pract. Criminal. quæſt. 108. num. 54. & ſeqq. Judex verò,
cui denunciatum eſt Crimen, non ſtatim debet credere Denuncianti,
ſed ante omnia inquirere, anne notorium ſit illud Crimen, & ſi no-
torium, id eſt, ſi fama publica de eo conſtet, tunc abſolvendus ſit De-
nunciator, & Judex ex officio de ipſius Criminis veritate inquirere te-
netur; ſi verò non ſit notorium, tunc Denunciator, ſi probationes
ſuggerere non poſſit, ob calumniam punitur, vid. Caſp. Manz. in Centur.
Deciſion. decad. 6. quæſt. 61. ubi latè hanc quæſtionem tractat: An Denun-
ciatio pro Accuſatione, & Denunciator pro Accuſatore habendus ſit?
15. & negativè reſpondet num. 18. Delatores ſiſtendos, illisque imponen-
dum eſſe, ut fidem faciant ejus rei, quam detulerunt, tradit Chriſtoph.
Forſt-

Forſtner. in Not. Polit. ad Cornel. Tacit. pag. mihi 111. An Delator vel Denun-
ciator durante inquiſitione arreſtari poſſint? neg. Manz. dict. decad. 6.
quæſt. 63. & putat in his terminis niſi aliæ graviores circumſtantiæ con-
currerent, ſufficere, ut præſtaret Cautionem de ſe ſiſtendo toties, quo-
ties vocabitur, & ſe ſubmittendo, ſatisfaciendoque Sententiæ, poſthac
publicandæ.

An Denuncians cogi poſſit ad Crimen delatum probandum, &
contra delatum in Judicio procedendum? Manzius concludit dict. de-
cad. 6. quæſt. 66. Quod Denunciator ad palam procedendum contra de-
nunciatum & probandum delictum regulariter non teneatur. Utrum
delatus poſſit durante Denunciationis Proceſſu quæſtionem de Calum-
nia movere; eaque ſimul eadem Sententia debeat terminari? vid. Manz.
dict. decad. 6. quæſt. 66.

An Denuncians teneatur ad Expenſas, ſi delictum denunciatum
non ſit probatum? vid. Manzius dict. decad. 6. quæſt. 67.

Si Denuncians non probat delictum delatum, an & quâ poenâ af-
fici debeat? Manz. dict. decad. 6. quæſt. 68.

An Denuncians, ſi non probat delicta denunciata Actione Inju-
riarum reconventus & ad Deprecationem atque Expenſas, certamque
Mulctam condemnatus, appellare poſſit, ſi Summa Mulctæ non ſit ap-
pellabilis? Manz. dict. decad. 6. quæſt. 69. Ex ratione publici officii creditur 16.
Apparitori, Denunciatori, ſeu Officiali Deputato ad perquirendum
contravenientes Statutis & Edictis, propter Juramentum Officiale,
quod in ingreſſu officii præſtitit, Nicol. Myler. ab Ehrenbach in Hypar-
chologia cap. 10. §. 9. Ex eadem ratione Delatores ſeu Denunciatores, qui 17.
ex neceſſitate officii deferre debent Legum Contraventores, regulariter
excuſantur, etiamſi crimen delatum non probent, l. ex quibusdam. 2. ff.
de Jure Fiſci. & l. Divus. 3. ff. de cuſtod. & exhibit. Reor. Myler. dict. cap. 10.
§. 10. num. 16.

(6.) Accipitur pro Actu, quò Judex de Jure dubitans, cauſam re- 18.
fert Superiori, uti Principi, vel etiam Præſidi, eumque conſulit, quid
in judicando ſequendum ſit, Rubric. & l. 1. §. 1. ff. de Appellation. & Relation.
l. 73. §. 1. ff. de Judic. Rubric. & l. 1. Cod. de Relation. Weſenbec. in Paratitl. ad
Pandect. tit. de Appellation. & Relation. num. 26. & 27. Mev. part. 7. deciſ. 96. num. 3.
Chriſtoph. Philipp. Richter. in Expoſition. Authent. Cod. Juſtinian. inſertar. part. 2.
ad Authent. Novo Jure. tit. de Relation. Franciſc. Stypmann. de Referendar. cap. 1.
num. 43. & 44. Brunnemann. in Commentar. ad Cod. in l. ſi quis. 1. de Relation.
Vocatur & Conſultatio, dict. l. 1. Cod. de Relation. Paul. Chriſtinæ. volum. 4. 19.
Deciſ. Cur. Belg. 111. num. 5. Amade. Eckolt. in Compendiar. Pandectar. Tractation.

tit.

20. tit. de Appellation. & Relation. §. 15. Quam tamen, cùm Juſtinianus eas ſe-
paraverit, dict. tit. Cod. de Relation. & tit. de Appellation. & Conſultation. à Re-
latione differre ſtatuit Franciſc. Stypmann. in tractat. de Referendar. dict.
21. cap. 1. num. 43. atque Richter. in dict. Authent. num. 4. & quidem in eo,
quòd Conſultatio plerumque conſiſtat in ſola & nuda interrogatione
ſuper aliquo Juris dubio? Relatio verò in explicatione totius cauſæ, ad-
junctis ipſis Actis, vid. & Zoeſ. in Commentar. ad Pandect. tit. de Appellation. &
22. Relation. num. 24. Conſultatio ad genus Relationis ut ſpecies refertur ab
Ottone Tabore in Annotat. ad Colleg. Argentorat. tom. 3. tit. de Appellation. &
23. Relation. theſ. 26. Eique ſimilis eſſe dicitur à Mejero in Colleg. Argentorat. dict.
24. tit. theſ. 26. Sed iſta Relatio, quia moram Judicis longiorem poſt cauſæ
cognitionem & plures ſumptus afferebat, Jure Novellarum ſublata,
Novell. 125. & dict. Authent. Novo Jure Cod. de Relation. Mejer. in Colleg. Argen-
torat. dict. tit. de Appellation. theſ. 28. Matth. Stephan. ad Novell. 125. Ritters-
huſ. part. 9. cap. 7. num. 6. Chriſtinæ. Deciſ. Cur. Belg. volum. 4. dict. deciſ. 111.
num. 5. Stypmann. de Referendar. dict. cap. 1. num. 62. 63. & ſeqq. Grönwe-
gen in tractat. de legib. abrogat. ad Cod. tit. de Relation. Andr. Vallenſis ad Jus
Canon. tit. de Appellation. Richter. in Expoſition. dict. Authent. Novo Jure. num. 6.
Hahn. ad VVeſenbec. part. 2. tit. de Appellation. & Relation. num. 6. Amade.
Eckolt. dict. tit. §. 15. Joh. Rebhan. in Hodeget. Jur. chart. 2. climat. 1. num. 34.
Brunnemann. ad Cod. in dict. Authent. Novo Jure. tit. de Relation. ubi ſcribit,
25. quod hæc ſententia videatur communiter recepta. (vid. tamen Gude-
lin. in Commentar. de Jur. noviſſ. lib. 4. cap. 12. ubi refert, quòd aliqui Inter-
pretes opinentur, Jus hoc Relationum non prorſus eâ Conſtitutione
Juſtiniani, ſcilicet Novell. 125. ſublatum eſſe, ſed tunc demum, quando
Judices nimis facilè, ut ſe labore exonerent, vel odium evitent, vellent
referre, & præterea addit, hodiernis moribus Relationes comprobari,
atque uſum hujusmodi Conſultationum & Relationum etiam Jus Pon-
tificium agnoſcere & probare, cap. intimaſti. 68. de Appellation. eumque ſe-
quitur Anton. Perez. in Prælection. ad Cod. tit. de Relation. num. 5. & 6. Henr.
Zoeſ. in Commentar. ad Pandect. dict. tit. de Appellation. & Relation. num. 25. in fin.
26. Mev. part. 7. deciſ. 96. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ubi ita habet: *Iſtam quidem Rela-
tionem recentiori Imperatoris Juſtiniani Conſtitutione penitus ſublatam eſſe multi JCto-
rum opinantur, quæ eſt in Novell. 125. cap. 1. unde deſcripta eſt Authent. Novo Jure.
Cod. de Relation. Verùm errant, nec enim iſta, niſi de una ſpecie loquitur & mandat:
In aliis, præſertim tali, ubi inferior Judex, vel planè non, vel difficulter poteſt de cauſa,
vel Jure ſtatuere, vel ubi referri multum intereſt, nihil mutatum reperitur, & ſi eſſet,
tamen per Jus Canonicum ab eo receſſum, idque magis in uſum venit, & per inferiores
27. Judices, ad ſuperiores ſic referri frequens eſt.)* atque hodiè vicem illius præſtat
Tranſ-

Tranſmiſſio Actorum ad Facultatem Juridicam, vel Scabinatum, Hahn.
in Obſervat. ad Weſenbec. tit. de Appellation. num. 12. Brunnemann. ad Cod. in
dict. Authent. de Relation. quæ tamen ab illa plurimum differt, vid. Ren-
nemann. de Tranſmiſſion. Actor. cap. 3. num. 9. lit. b.
(7.) Occurrit in Jure Relatio, quâ poſt Sententiam Judex, qui Ap- 28.
pellationem non accipit, opinionem ſuam confeſtim manifeſtare de-
bet, l. ſciendum eſt. 6. verſ. per Relationem. ff. tit. de Appellation. recipiend. vel non.
ceu fieri ſolet per Apoſtolos Refutatorios, de quibus vid. Brunnemann. 29.
Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 57. & in Commentar. ad dict. l. ſciendum eſt. 6. ff. de Ap-
pellation. recipiend. vel non. Joh. Georg. Nicolai Proceſſ. Judiciar. cap. 4. num. 7.
& hanc Relationem non eſſe ſublatam, teſtatur Mejer. in Colleg. Argento- 30.
rat. tom. 3. tit. de Appellation. & Relation. theſ. 28. in fin.
(8.) Eſt quoque Relatio, quæ à Judice poſt Appellationem recep- 31.
tam, ad Judicem ad quem eſt dirigenda, l. 24. Cod. tit. de Appellation. & Con-
ſultation. verſ. Unâ Relatione &c. cujus Legis ſumma hæc eſt: quod Judex à 32.
quo appellandum eſt, teneatur intra 30. dies à die latæ Sententiæ nu-
merandos, Acta cum Relatione partibus tradere, & quidem integra,
non mutilata ſub mulcta, Joh. Jacob. Speidel. in Specul. Jurid. Polit. Philo-
log. Hiſtoriar. Obſervat. & Notabil. lit. G. voce Gerichts-Acten. num. 7. Brunne-
mann. in Commentar. ad Cod. tit. de Appellation. & Conſultation. in dict. l. 24. &
ad l. Si quis. 1. de Relation. verſ. Relationis exemplum partibus edere debet. atque
Proceſſ. Civil. cap 28. num. 57. & ſeq. 62. & 63. Mev. part. 2. deciſ. 62. & part. 6.
deciſ. 271. Joh. Georg. Nicolai Proceſſ. Judiciar. part. 2. cap. 13. num. 10. & ſeq.
& cap. 10. num. 7. & quidem clauſa & obſignata, Mev. part. 1. deciſ. 255. & 33.
Nicolai dict. cap. 10. num. 9. atque Sumptibus Appellantis, Nicolai ibid. 34.
num. 7. Et hæc Relatio per Novell. 125. & dict. Authent. Novo Jure. Cod. de Re- 35.
lation. non eſt ſublata, Brunnemann. in Commentar. ad Cod. in dict. Authent.
in fin. dum exſpectatur requiſita à Judice inferiore Relatio, ille ipſe ſine 36.
vitio attentati nihil innovare poteſt, Mev. part. 6. deciſ. 418.
Hoc loco accipitur (9.) pro enarratione negotii controverſi, ſeu 37.
litis à Referendario, Aſſeſſore, Decano, Syndico, ſcilicet Senatui, Con-
ſilio, Judicio, Dicaſterio, Conſiſtorio, Collegio, &c. ad decidendum
facta: & vocari ſolet Relatio ex Actis, ſeu Actorum, Cammer-Gerichts- 38.
Ordnung de Anno 1555. part. 1. tit. 10. §. 1. verſ. In ihren Relationibus und
Votis &c. Item: Auf die Relationes und Vota. Item: Solche Relationes
und Vota. Item: Andere Relationes. Item: In den Relationibus &c. &
§. 4. Soll die Relation &c. §. 5. verſ. Die bey der Relation &c. §. 16. Die
Aſſeſſoren in Relationibus und Votis &c. §. 27. verſ. Nach gethaner Re-
lation &c. tit. 13. §. 4. verſ. Beſichtigung / Relation &c. §. 6. verſ. In ihren
Rela-

Relationibus &c. *Item:* Damit in den Relationibus &c. §. *7. verſ.* Mit ſeinen Relationibus &c. §. *8. verſ.* Im Rath die Relationes nicht verhindert ꝛc. §. *9. verſ.* Alßdann die Relation davon thun ꝛc. §. *10. verſ.* Die Relationes wiederum ꝛc. §. *18. verſ.* Jederzeit ſolche Relationes &c. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *de Anno 1654. tit. 4.* §. *3. verſ.* Zu dieſem Relations-Werck ꝛc. §. *8. verſ.* Und Relationibus befördert ꝛc. §. *17. verſ.* Mit ihrer ſchrifftlichen Relation und angehefftem Voto &c. *tit. 5. Rubric.* Von Relation der Acten. *& in princ. verſ.* Eine Relation angefangen worden ꝛc. *Item in fin. verſ.* Nicht zuviel in Relatione noch Deciſione &c. §. *2. verſ.* Nicht in Relatione noch Votis &c. §. *3. verſ.* Und nach End der Relation &c. §. *4. verſ.* Nach geſchehener Verleſung und Relation &c. §. *7. verſ.* Und voriger Relation &c. *Item verſ.* Und vorige Relation &c. §. *19. verſ.* Und die Relation &c. Abſchied des Reichs-Tags zu Speyer *Anno 1570.* auffgerichtet / §. Und ob wohl in mehr angezogener Unſer Cammer-Gerichts-Ordnung ꝛc. *55. verſ.* Mit Anhörung einer Prob-Relation in beſchloſſenen Sachen ꝛc.

39. Hæc Relatio poteſt dici commemoratio negotii, aut litis obveni-
entis, cum adjuncta Referentis ſuper eo Sententia, Franciſc. Stypmann.
40. *in tractat. de Referendar. cap. 1. num. 30.* ſed ſciendum, quod *Relatio* Actorum,
ſeu Cauſæ ſumatur, vel latè, quatenus etiam Votum comprehendit,
vel ſtrictè quatenus Voto opponitur, Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75.*
41. *num. 15.* Relatio Actorum ſtrictè dicta nihil aliud eſt, quàm enarratio
Facti in Actis deducti, & ad illud Juris applicatio, Blum. *dict. loc.* vel ex
diligentiſſima Actorum relectione, Status Controverſiæ quis ſit, & quo-
modo probatus, fideliſſima commemoratio Collegis facta, Henning.
Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 7. num. 3.*
42. Eſt autem (1.) alia Relatio Cauſæ Civilis, alia Cauſæ Criminalis,
Chriſtoph. Ludov. Diether. poſt Theſaur. Pract. Beſoldi, *in Diſſertat. de*
43. *Modo Referendi & Relation. in Cauſa Criminal. facienda.* (2.) Alia Simplicis
Querelæ, & primæ, alia ſecundæ Inſtantiæ, Mejer. *in Colleg. Argentorat.*
tom. 1. tit. de Aſſeſſor. theſ. 14. & 15. Stypmann. *in dict. tractat. de Referendar.*
cap. 6. num. 70. 71. & ſeqq. Diether. *dict. loc. & de Modo Referendi in ſecunda Inſtantia ſeu Judicio Appellationis.*
44. Eſt & alia Relatio, quæ Aſſeſſoribus imponitur quodam ſuffragii
ferendi Jure, de qua agitur in der Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno*
1555. part. 1. tit. 10. & tit. 13. item in der Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit.*
45. *3. tit. 4. & tit. 5.* Alia, quæ Candidatis Aſſeſſoriis, Examinis ſubeundi,
oſtendendæque in referendis diſceptandisque Controverſiis Forenſibus
induſtriæ ſuæ gratiâ injungitur, de qua vid. Abſchied des Reichs-Tags
zu

zu Speyer *Anno 1570.* aufgerichtet / *dict.* §. Und ob wohl ꝛc. *55. verſ.* Mit Anhörung einer Prob-*Relation &c.* Wilhelm. Dürfeld. *inter Vota Cameralia Klock. Relat. 3. num. 3.*

Cùm Praxeos Juridicæ tam impedita difficultas, Litium confuſio, 46.
atque incertitudo, Actorum prolixitas & accumulatio, indeque Pro-
ceſſuum ſumptuoſa protelatio, Virorum magni nominis, Rerumque
Forenſium peritiſſimorum opinione, ex eo quoque contingat & oria-
tur, quod juſti atque injuſti recta & compendioſa inveſtigatio plerum-
que negligatur, aut etiam ignoretur, ejus indagandi autem invenien-
dique nulla promptior ratio videatur, quàm ſi Actio competens, aliud-
ve remedium Juris ex Facto propoſito eruatur, atque eò tanquam ad
ſcopum, metamque præfixam omnia porrò referantur, ac ab illa aliena,
ſi quæ ſunt, vel omittantur, vel reſecentur: Exinde Relatio ex Actis, ſeu
Modus Referendi à peritis judicantibus & decidentibus ubique ferè nunc
uſu receptus, Ludov. Diether. *in principio Prooemii Diſſertationis Juridicæ de*
Modo Referendi. & approbatus atque introductus eſt in Camera Imperiali, 47.
Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg *de Anno 1500. tit. 16. Viſitations-*
Abſchied *de Anno 1531.* §. *9. & ſeqq.* Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno*
1555. part. 1. tit. 10. per tot. & *tit. 13. per tot.* atque in Conſilio Imperiali Au-
lico, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 3.* §. *15. tit. 4. per tot.* & *tit. 5. per tot.*

Qui ex Actis referunt, vulgò dicuntur Referendarii, Henning. 48.
Rennemann. *in tractat. de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 7. num. 3. lit. b.* Franc.
Stypmann. *in tractat. de Referendar. cap. 1. num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.* vel Re- 49.
latores, Rennemann. *dict. loc.* Stypmann. *dict. cap. 1. num. 20.* Hodie in 50.
Camera Imperiali, & aliàs communiter Referentes vocantur, Cammer-
Gerichts-Ordnung *part. 1. tit. 10.* §. *4.* & *tit. 13.* §. *9.* Rennemann. *ibid.*
Stypmann. *dict. cap. 1. num. 21.*

Et licet nomen illud largo modo ſumptum tribuatur quoque illis, 51.
qui de negotiis Statum Reipublicæ concernentibus, & lites non attin-
gentibus, atque deſideriis, ſive precibus ſupplicantium Principi referunt,
Stypmann. *dict. cap. 1. num. 73. & ſeqq.* iis tamen, qui ſuper Actis referunt, 52.
propriè competit, Stypmann. *dict. cap. 1. num. 144. & 145.*

Hi ſunt, qui Acta, ſeu Proceſſus Juris à Citatione uſque ad con- 53.
cluſionem, ſive in puncto incidenti, vel principali à litigantibus exerci-
tos, & Judicis deciſioni ſubmiſſos, ſummâ curâ legunt, & de illis ſuis
Collegis ad concipiendam Sententiam referunt, Stypmann. *dict. cap. 1. num. 140.*

Reperiuntur tales Referendarii in omnibus Judiciis, Dicaſteriis, 54.
Conſiſtoriis, Academiis, Collegiis JCtorum, Scabinatibus, Stypmann.
dict.

55. *dict. cap. 1. num. 141.* ita tamen, ut aliquando certæ Perſonæ titulum Referendariorum habeant, hocque munere fungantur, Stypmann. *dict. cap. 1.*
56. *num. 142.* & quidem Juniores in Collegiis, Rennemann. *de Tranſmiſſion.*
57. *Actor. cap. 7. num. 5.* Aliquando verò illud officium ſubeant etiam reliqui Collegæ, vel Aſſeſſores ordine ſucceſſivo, Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 7. num. 5. lit. g.* Stypmann. *cap. 2. num. 1. 2.* & *cap. 3. num. 63. 75.*
58. *& 76.* excepto Judice, vel Decano: hic enim, cum ſuffragium habeat concluſivum, non referre, ſed de Relatione judicare debet, Rennemann. *dict. cap. 7. num. 5. lit. c.* vid. tamen Stypmann. *dict. cap. 1. num. 142. ſuprà Cap. IV. num. 169.*

59. De poteſtate conſtituendi Referendarios, quibusque ea competat,
60. vid. Stypmann. *dict. cap. 2.* de Dotibus & Requiſitis eorum, *cap. 3.* de eo-
61. rundem Vocatione & Juramento, *cap. 4.*

62. In Camera Imperiali ex Actis referunt Aſſeſſores (de quibus vid.
63. Colleg. Argentorat. *tom. 1. Tit. de Offic. Aſſeſſor.* Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 7.*) juxta Ordinem à Judice Cameræ ipſis aſſignatum, Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno 1555. part. 1. tit. 10. §. 2. 3.* & *tit. 13. §. 17.* Franciſc. Stypmann. *de Referendar. cap. 3. num. 72.*

64. Idem obſervatur in Judicio Cæſaris Aulico, ubi referunt, qui ex Conſiliariis Aulicis à Præſide ad hoc denominantur & deſignantur, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 1. §. 1. tit. 4. §. 1. & §. 2. in fin. §. 3. in princ. & §. 10. tit. 5. in princ.* Stypmann. *cap. 3. num. 72.*

65. Hoc loco notandum, quod Referendarii Sacri Palatii, & illi, qui in Camera Imperiali ſunt, non differant, niſi ratione loci, ambo enim in Summis Judiciis referre ſolent, Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 1.*
66. *num. 143.* Munus referendi ſolet, pro diverſis Collegii Statutis, vel Moribus interdum duobus, vel etiam pluribus, ut plurimum verò uni tantùm deferri, Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. dict. cap. 7. num. 5.*

67. In Camera Imperiali duo eſſe debent, qui Acta ſucceſſivè perlegant, & poſtea ex illis referant, eorumque unus Referens, alter verò Correferens vocatur, Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno 1500. tit. 18.* & *de Anno 1555. part. 1. tit. 10.* §. So ſoll auch ꝛc. 4. & *tit. 13.* §. Und damit ꝛc. 9. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75. num. 14.* Rennemann. *dict. cap. 7. num. 5.*
68. Stypmann. *dict. cap. 3. num. 62.* Idem ordinatum eſt in der Reichs-Hof-
69. Raths-Ordnung *tit. 3. & tit. 4. §. 1.* ubi & hoc ſuperadditum, quod eo in caſu, ubi cauſæ controverſæ ad litigantes diverſæ Religionis pertinent, Referentes quoque & Correferentes ex Conſiliariis diverſæ Reli-
70. gioni addictis deſignandi & ſumendi ſint: Referentes porrò non debent manifeſtari, Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno 1555. dict. part. 1. tit. 10. §. 9. & dict. tit. 13. §. 17.* Reichs-Hof-Raths-Ordnung *dict. §. 1. in fin. verſ.* Die Referenten aber jederzeit in der Still und verſchwiegen gelaſſen werden.
Sed quid, ſi Referens vel Correferens à Partibus exploratus vel mani- 71.
feſtatus fuerit? vid. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *dict. tit. 4. §. 12.*

Relatio ex Actis fit reliquis Membris Collegii, Rennemann. *de* 72.
Tranſmiſſion. Actor. cap. 7. num. 19. In Camera Imperiali Aſſeſſoribus in Se- 73.
natu, (de cujus Ordinatione vid. Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno* 74.
1555. part. 1. tit. 10. §. 10. 11. 12. 13. & ſeqq. it. *tit. 13. §. 4. 6. 7. 10. & ſeqq.*) Cam-
mer-Gerichts-Ordnung *dict. part. 1. tit. 10.* & *tit. 13.* atque in Conſilio Im- 75.
periali Aulico Conſiliariorum Conſeſſui, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 4. & 5.*

Objectum Relationis Juridicæ, ſeu materia circa quam Referentes 76.
occupantur, ſunt Cauſæ Forenſes, ſive Acta (de quibus ſuperius latè dictum) ad referendum diſtributa, Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno 1555. part. 1. tit. 10. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & ſeqq. tit. 13. §. 9. in fin. §. 17. 18. & 19.* Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 4. princ. & §. 1. ſeqq. §. 11. 12. 13. & 16.* Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75. num. 15.*

Antequam verò Acta ad referendum dentur, & diſtribuantur, in 77.
Conſilio Imperiali Aulico, à Protonotario videndum, an illa ſint completa, num omnia Producta notata, & Numeris ſignata, atque poſtea in præſentia Partium inrotulanda, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *dict. tit.*
4. §. 2. In Camera Imperiali quoque Acta, non, niſi completa, diſtri- 78.
buenda, Cammer-Gerichts-Ordnung *part. 1. tit. 10. §. 2.* Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 75. num. 10. & 11.*

Acta complere in Jure Camerali quid ſit? vid. Blum. *Proceſſ. Cam. dict.* 79.
tit. 75. num. 10. Quomodo & quo ordine Acta ad referendum diſtribuen- 80.
da ſint in Camera à Judice? Cammer-Gerichts-Ordnung *part. 1. tit. 10.*
§. 2. 3. 4. & ſeq. & *tit. 13. §. 9.* atque in Conſilio Imperiali Aulico à Præ- 81.
ſide? vid. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *dict. tit. 4. princ. & §. 1. ſeqq. §. 6. & §. 11.*

Poſtquam Acta diſtributa, ab Aſſeſſoribus referenda ſunt, Blum. 82.
Proceſſ. Cam. dict. tit. 75. num. 15. debent autem Acta ab ipſo Referendario 83.
legi diligentiâ accuratiſſimâ, Rennemann. *dict. cap. 7. num. 3. lit. a.* à ca- 84.
pite ad calcem nullo omiſſo, non retrò incipiendo, vel è medio quædam ſeligendo, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *dict. tit. 4. §. 13.* Stypmann. *de Referendar. cap. 5. num. 120.*

Hic ſuboritur quæſtio: An Referendarius utraque Acta, ordinis 85.
ſcilicet & cauſæ perlegere, & ad ea in conceptione Sententiæ attendere
debeat? De Actis ad Proceſſum ſpectantibus, nulla eſt dubitatio, 86.
Styp-

87. Stypmann *de Referendar. dict. cap. 5. num. 100.* Cùm enim in iis forma conſiſtat, ea negligenda non eſt, & ſi contrarium fiat, nulla eſt Sententia, quæ vires judicati aſſumere nequit, *tot. tit. ff. quæ Sentent. ſine Appellation.* Vant. *in tit. de Nullitat. per tot.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 101. & ſeqq.*

88. In Actis Cauſæ ſeu Allegationibus diſtinguendum: Illa, quod attinet, ubi Judex de facto informatur, omninò ſunt perlegenda, cùm
89. ſint fundamentum rei, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 103. & ſeqq.* Has verò,
ſcilicet Allegationes Juris, ut obſervet, neceſſe non eſt, Stypmann. *dict.*
90. *cap. 5. num. 106.* quia Judex Jus per ſe ſcit, & cognitum eſt Prudentibus,
91. *l. 9. §. 3. ff. de jur. & fact. ignorant.* & *l. 10. de bonor. poſſeſſ.* atque tutius, ne Ju-
dex nimis fidat Allegationibus Advocatorum, Stypmann. *dict. cap. 5.*
92. *num. 111. & 112.* Commodum tamen, cùm labore ſublevari poſſit, anxius
in Jus inquirendi, aliquando videre, quæ opinio meliori Jure ſubnixa
ſit, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 113.*

93. Et hoc maximè obtinet in Conſiliis, vel Informationibus Juris à Facultate Juridica petitis, ita tamen, ut liberum ſit, ſpreto Sapientum Conſilio, ſive Informatione, quod æquius, meliusve eſt, ſequi, Stypmann. *dict. cap. 5. num. 124. & 125.*

94. Conſilia, ſeu Informationes Juris, à Partibus litigantibus requiſitæ, & ipſis à Conſulentibus datæ, Rechts-Belehrungen / etiam cum præmiſſa Facti Specie, & Rationibus dubitandi, in formam quaſi Relationis conſcriptæ & exhibitæ, neque in referendo, neque in votando attenduntur, Reichs-Abſchied *de Anno 1654.* §. Zu dermaliger ꝛc. *96. in fin.* Blum.
95. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 63. num. 24.* niſi quatenus Actis principalibus, & Facto
in iis probato conformes reperiuntur: Auf beſagte Conſilia ſoll mehr und weiter nicht gegangen / als ſo viel ſolche den Haupt-Actis, und darin erwieſenem Facto gemäß befunden / auch anderer geſtalt nicht in Votis angezogen werden / Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 4. §. 14.* Blum. *dict. tit. 63. num. 25.*

96. Expediret lectionem Actorum in Jure ſive Judicio fieri, ſed quia eorum multitudo & cauſæ gravitas ſeceſſum requirit, qui ab aſſidentibus facilè interpellatur, vel cogitationes diſtrahuntur, ſæpè etiam Libri evolvendi & relegendi ſunt, ideò permiſſum eſt Referentibus, ut Acta ſecum aſportent domum, & ibi legant, ita tamen, ut in ædibus ſuis clam & ſecretò teneant, præque Uxoribus & Familiâ cuſtodita habeant, ne Litigantes vel ipſorum Procuratores ante Publicationem Sententiæ reſciſcant, quinam Referentes in cauſa fuerint, *Viſitations-*Abſchied *de Anno 1531. §. 28.* Cammer-Gerichts-Ordnung *part. 1. tit. 20. §. 2. Deputations-*Abſchied *de Anno 1557.* §. Wir ordnen und wollen auch ꝛc. *26.* Reichs-Hof-

Hof-Raths-Ordnung *tit. 5. §. 23.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 131. 132. & 133.*

Acta Cauſarum prius concluſarum, prius quoque referenda, at- 97.
que expedienda ſunt, Cammer-Gerichts-Ordnung *part. 1. tit. 11. §. 6.* &
part. 3. tit. 56. §. 2. Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75. num. 28.* & quidem in 98.
eo ordine, quo Referenti diſtributa, *dict. tit. 11. §. 8.* Blum. *Proceſſ. Cam.*
dict. tit. 75. num. 28. niſi cauſa Spolium concernat: vel aliàs privilegiata, 99.
aut ex cauſis Collegio approbatis cæteris præferenda, Cammer-Gerichts-
Ordnung *dict. tit. 11. §. 9.* aut Periculum in mora ſit, Cammer-Gerichts-
Ordnung *part. 1. tit. 23. §. 2.* Stypmann. *dict. cap. 5. num. 148. & ſeqq.* Blum.
dict. num. 28. Ad cauſas privilegiatas quoque pertinent cauſæ fractæ Pa- 100.
cis, & Executionis, maximè Eccleſiarum, Procho-Xenodochiorum &c.
Stypmann. *dict. cap. 5. num. 151.* quæ præ cæteris maturandæ veniunt,
Cammer-Gerichts-Ordnung *præallegat. §. 2.*

Graves cauſæ Exemptionum etiam ante omnes expediendæ, le- 101.
viores verò atque aliæ Fiſcales, in quibus interlocutoriè ſubmiſſum an-
te cauſas privatas expediri debent, *Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 12. §. 5.*
quod & in cauſis Collectarum Imperii atque Contributionum Turci- 102.
carum obtinet, Cammer-Gerichts-Ordnung *dict. tit. 12. §. 6.* Blum. *dict.*
num. 28. Quo ordine in Conſilio Imperiali Aulico Acta referantur & ex- 103.
pediantur? vid. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 4. §. 6. 7. 8. 9. 10. & ſeqq.*
Intra quod tempus Acta ad referendum data perlegi, & referri debeant? 104.
vid. Blum. *dict. tit. 75. num. 29.* Stypmann. *de Referendar. dict. cap. 5. num. 126.*
127. & ſeqq.

Modus Referendi alius eſt in Civilibus, alius in Criminalibus, 105.
Diether. *in Diſſertat. de Modo Referendi, in princ. & cap. de Relatione in Cauſa Cri-*
minali faciendâ. Alius in Cauſis Simplicis Querelæ, ſive primæ Inſtantiæ, 106.
alius in Cauſis Appellationis, ſive ſecundæ Inſtantiæ, Mejer. *in Colleg.*
Argentorat. tit. de Offic. Aſſeſſor. theſ. 14. & 15. Diether. *dict. Diſſertat. cap. de Mo-*
do Referendi in ſecunda Inſtantia, ſeu Judicio Appellationis. alius item in Cauſis 107.
Feudalibus, Reichs-Hof-Raths-Ordnung *tit. 5. in princ.* Schwanemann.
lib. 1. Proceſſ. Cam. cap. 76.

In forma Relationis, ſeu Modo Referendi ex Actis, in Cauſis Ci- 108.
vilibus primæ Inſtantiæ, ante omnia videndum, an Perſonæ, quæ Judicium conſtituunt, ſive in eo interveniunt, habiles ſint, Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 3. theſ. 30.* Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de Offic. Aſſeſſor. dict. theſ. 14. num. 1.* Werner. à Ruſtorff. *inter Vota Cameralia Klockii Relat. 5. num. 15. 16. & 17.* per *l. non ignorat. 9. Cod. de his qui accuſare non poſſunt.* & *l. ſi quæramus. 4. ff. qui Teſtament. facere poſſunt.* Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 75. num. 16.* Rennemann. *de Tranſmiſſion. Actor. cap. 7. num. 6.*

109. Nam ut Sententia concipi poſſit, omnium primò conſtare debet,
num geſta in Judicio, & Acta Jure valeant: illa autem tum demum
valent, quando geſta ſunt à Perſonis ad legitimum Judicium conſtitu-
110. endum habilibus, Blum. *dict. loc.* Perſonæ Judicium conſtituentes ſunt
vel principales, vel acceſſoriæ, ſive adjuvantes, Weſenbec. *in Paratitl.
ad Pandect. tit. de Judic. num. 9.* Mejer. *in Colleg. Argentorat. tom. 1. tit. de Judic.
theſ. 19. & 81.* Barthol. Leonard. Suendendörffer. *in Annotat. & Supplement.
ad Amade. Eckolt. Compendiar. Tractation. tit. de Judic. §. 2. ad verb. Partes Ju-
dicii.*

111. Principales, ut Judex, Actor & Reus, Weſenbec. *dict. num. 9. & 10.*
Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. theſ. 19.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil. cap. 1.
112. num. 60.* Ad Perſonas acceſſorias, vel adjuvantes ſive adminiculantes li-
tigantibus pertinet Procurator, Mejer. *in Colleg. Argentorat. dict. tit. de Judic.
theſ. 107.* Suendendörffer. *in Annotat. ad Amade. Eckolt. dict. loc.* Brunnemann.
dict. cap. 1. num. 59. in fin.

113. Actor & Reus habiles dicuntur, quando legitimam Perſonam ſtan-
di in Judicio habent, id eſt, ſi ſuo nomine agere, & ſe defendere non
prohibeantur, Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 3. theſ. 13.* Mejer. *in Colleg. Argentorat.
dict. tit. de Aſſeſſor. theſ. 14. num. 1.* Chriſtoph. Ludov. Diether. *dict. Diſſertat. de
Modo Referendi. theſ. 2. lit. H.* Jacob. Blum. *Proceſſ. Cam. dict. tit. 75. num. 17.*
114. Quinam verò legitimam Perſonam ſtandi in Judicio habeant vel non?
vid. Weſenbec. *in Paratitl. ad Pandect. tit. de poſtuland. num. 4.* Mejer. *in Colleg.
Argentorat. dict. tom. 1. tit. de poſtuland. theſ. 6. 7. & ſeqq.* atque *tit. de Judic. theſ.
87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. & ſeq.* Umm. *ad Proceſſ. diſputat. 1. theſ. 4. & 5.*
Diether. *dict. Diſſertat. de Modo Referendi. theſ. 3.* Brunnemann. *Proceſſ. Civil.
cap. 1. num. 60. & ſeqq.* & *ad Cod. tit. qui perſon. ſtandi in Judicio &c.* Anton. Pe-
